



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

804
804

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY



Ed. 15. 804



Harvard College Library

THE GIFT OF

STEPHEN SALISBURY,

OF WORCESTER, MASS.

(Class of 1817.)

3 Aug. 1896.



⊙

PROGRAMM

des

Städtischen Gymnasiums

und des mit demselben verbundenen

Realprogymnasiums

zu

HAMELN

für das

Schuljahr von Ostern 1888 bis 1889.



Inhalt:

1. Abhandlung: **Demosthenis esse orationem, quae περί συντάξεως** inscribitur vom Oberlehrer **Dr. Hans Windel.**
2. **Schulnachrichten** vom Direktor **Dr. Dörries.**

Hameln 1889.

Buchdruckerei von C. W. Niemeyer.

1889. Progr. Nr. 291.

Ed 15,804



Demosthenis esse orationem, quae περὶ συντάξεως inscribitur.

Oratio, quae est inter Demosthenicas decima tertia et inscribitur περὶ συντάξεως, recentiores criticos vehementer exercuit. Primus F. A. Wolf, sagax ille homo,¹⁾ eam Demostheni abiudicavit et ex aliis vere Demosthenicis orationibus, maxime Olynthiaca III et Aristocratea, ab aliquo declamatore consutis pennis confectam esse iudicavit. Boeckh²⁾ autem Demosthenicam eam non esse, sed dignam, cui fides detur, censet. Item Westermannius,³⁾ A. Schaeferus,⁴⁾ Blassius,⁵⁾ Cobetus,⁶⁾ qui homines rerum Demosthenicarum peritissimi sunt, orationem ab aliis vere Demosthenicis valde abhorrere dicunt. Contra Boeckh⁷⁾ orationem genuinam esse demonstrare vult; itemque O. Haupt⁸⁾ nil, nisi repetitiones, quae in oratione occurrunt, reicit, cetera Demostheni attribuit. Velut medium locum Spengelius⁹⁾ et Weilius¹⁰⁾ tenent, quorum hic dicit: „je pense, qu'on fait ce discours beaucoup plus mauvais, qu'il n'est en effet“, ille: „wäre die dritte olynthische Rede und die Aristokratea nicht erhalten, so würde es niemand wagen ihre Aechtheit anzuzweifeln“. Accedit, quod veteres critici, imprimis scholiasta et Libanius, qui multas alias orationes ad pseudo — Demosthenicas ascripserunt, in hac ne haeserunt quidem. Harpocration¹¹⁾ quattuor ex ea verba affert, quae sunt ὑπισθόδομος, ὀργάς, παρουσία, Κύθιοι et addit expressis verbis: „Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συντάξεως“. Quodsi A. Schaeferus et Blassius eo, quod Dionysius Halicarnassensis,¹²⁾ inter veteres criticos facile summus, cum ceteras publicas orationes Demosthenis commemoraret temporaque earum accurate interpretetur, decimae tertiae nusquam mentionem facit, hanc ab eo in numerum falsarum relatam esse concluderunt, recte mihi Weilius loco cl. pag. 438 opponere videtur, id ex hac re minime colligi posse. Perbene enim fieri potuisse, ut Dionysius orationem propterea silentio praetermitteret, quod, quo tempore habita esset, ne diiudicaret, obscuritate quadam argumenti impeditus esset. Quae cum ita sint, adhuc sub iudice lis est. Suo autem iure Reiskius,¹³⁾ vetus ille existimator oratorum Atticorum, monet: *Allezeit halte ich es für etwas Schlüpfriges, von einer Schrift mit Ernst und Entscheidung urteilen*

1) cf. Prolegomena ad Leptineam LXXIV adnotat. 51. 2) in libro, qui inscribitur Staatshaushalt der Athener pag. 238. 3) cf. quaestionum Demosthenicarum partem III, pag. 115 u. 135. 4) in libri, qui est de Demosthene eiusque aetate, volumine III, additam. IV, pag. 90 prox. 5) in libri de Atheniensium eloquentia volumine III, 1, pag. 338 et 352 prox. 6) in Variis lectionibus p. 328 et aliis locis. 7) in quaestionibus Atticis I, pag. 170 et 230 prox. 8) in studiis Demosthenicis 1852 p. 28 prox. 9) in libro qui inscribitur: Δημοσθένεια des Demosthenes, II p. 105 prox. 10) in editione illa praeclara, quam inscribit les harangues de Démosthène. 11) cf. lexicon in decem oratores Atticos (ex recensione G. Dindorfi). 12) cf. A. Schaeferum loco cl. p. 90. 13) in versione sua vol. I p. 137.

zu wollen, wessen sie sei, oder wessen sie nicht sei, noch sein könne; denn da kommen sehr viele Umstände zusammen, die den Ausspruch aufhalten und bei ihrer noch so scheinbaren Gestalt dennoch trügen können.

Duae autem potissimum res ab omnibus fere hominibus doctis in hac oratione vituperantur: prima, quod tractatio rerum ita non summo oratore digna sit, ut ea, quae afferuntur, parum inter se coniuncta sint neque satis appareat, quid orator sibi proposuerit, altera, quod paucis verbis commutatis magna orationis pars ex aliis Demosthenicis orationibus deprompta sit.

Caput prius.

Ut priorem vituperationem, num recte se habeat, diiudicemus,

Dispositionem et argumentum orationis

examinare libet.

Prooemium (*προοίμιον*): Quod omnes, nisi fallor, editores effugit —, ut apparet ex singulis libris, ubi nusquam hoc loco intervallum est distinctum —, prooemium prima et altera paragrapho absolvi, iam scholiasta¹⁾ recte sensit. Ita enim orator rem agit:

§ 1. Oratoribus neutrum esse difficile, aut probare aut improbare argentum (*τὸ πᾶρόν ἀργύριον*, Reiskius coniecit: *περίον* = redundans), de quo deliberetur, distribui. Nam esse, qui utrique sententiae assentiantur, alteri pauperes, alteri divites. Omnes enim cives non rei publicae commodis, sed suis ipsorum duci.

§ 2. sese neque suadere neque dissuadere, ut id argentum distribuatur; id tantum monere, illud argentum esse exiguum, magnam consuetudinem, quae simul irrepit. Si Athenienses pecuniam eo animo accipiant, ut officia explere velint, rem publicam summum ex ea fructum capturam esse, siu autem ad eam accipiendam nihil aliud nisi festi dies sufficient; fore ut paulo post valde eos paeniteat.

Quod ad prooemium annotat scholiasta: „τὸ προοίμιον ἐρρητόρευται αὐτῷ κατὰ τὸν τρόπον τοῦ ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν καὶ περὶ τῶν ἐν Χερρόνῃσιν στρατιωτῶν. καὶ γὰρ ἐν ἐκείνοις προστιθέμενος θατέρῳ μέρει προσποιεῖται μηδενὸς συναγορεύειν ἀλλ' ἀεὶ τὸ μέσον ζῆταιν. Τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ τῆς πόλεως συμφέρον. Atque revera Demosthenes proemia orationum VIII et XVI tam similiter composuit, ut si quis praefandi usum magni oratoris bene perspexit, has paragraphos ab eius genere dicendi recedere vix dicat. Ut num moneam, illa verba „πράττειν ἂν προσήκει“ Demosthenis quam maxime propria sunt.

Venimus ad propositionem (*πρόθεσιν*) § 3. Sese censere, ut de accipiendo argento contionem dederint, ita de ordinanda re publica (*περὶ τοῦ συναχθῆναι*) esse contionem faciendam neque seiscitandum, quid iste vel alius agat.

Primum statuimus prooemium et propositionem arte inter se cohaerere, quod est maxime ex usu Demosthenico omniaque, quae in prooemio posita sunt, spectare ad res in propositione allatas. Deinde de argumento propositionis, de quo infra accuratius disseremus, hic satis est dixisse sententias, quas in ea legimus, plane esse Demosthenicas. Habent enim tantam vim et ardorem, ut a declamatore orta esse mihi persuadere non possim.

¹⁾ cf. scholia apud Dindorfium p. 216 prox.

In tractatione ipsa septem partes distinguuntur, quas omnes fere homines docti satis bene inter se connexas esse negant. Unus Blassius l. cl. p. 353 eas quibusdam verbis laxè coniunctas esse concedit, sed cum ceteris¹⁾ id reprehendit, quod orator plane ab re, de qua agat, digrediat et pro certis quibusdam rebus locos communes in medium proferat. Quae reprehensio si recte se habet, quis est, qui Demostheni orationem attribuat? Nam si quisquam alius fecit, summus ille orator ea tantum protulit, quae ad rem sunt.²⁾ Sed iam ipsi ad singula examinanda accedamus.

Primam partem orator exponit paragraphis 4—10. §§ 4 et 5 novum rei publicae ordinem adumbrat, quomodo Athenienses magnis rei publicae opibus melius utantur et exercitus ex civibus ipsis, non ex mercennariis parari possit.

§ 6. Emolumenta maxima fore, si rem publicam ita ordinent.

§ 7. Bellum autem parare, necessarium esse, si Graeciae principatum tenere velint.

§ 8. Nunc vero principatum tenere eas velle, copias autem, quibus imperium defendant, neque instructas habere neque instruere, ut nullo impediante Mytilenaei et Rhodii libertatem amiserint.

§ 9. Itaque eis faciendum esse, quod iam prius suaserit, et debere eundem ordinem esse cum accipiendi argenti tum faciendi, quae deceant.

§ 10. Eo autem maxime sese sollicitari, quod duos obolos omnes accipere cupiant, urbi providere minime velint, ut exercitu et classe bene sit instructa.

Primum rursus quod scholiasta iudicat audiamus, est enim iudicium, quod profitetur, non solius, sed fere omnium antiqui temporis doctorum hominum: Ἀγρι μὲν ὁ γὰρ τοῦτο, πεπλήρωται ἀὐτῷ τὸ κεφάλαιον τῆς εἰσιγγήσεως, ὃ διὰ τοῦ συμφέροντος συμπραίνεται. Optime haec scholiasta dicit, sed id addere velim, ab oratore disertis et dilucidis verbis demonstrari ordinem novum, quem suadet, non solum esse utilem, sed etiam necessarium. Sententiae autem, quae hic afferuntur et modus disputandi, qui usurpatur, mirum in modum ad Demosthenis usum accedunt. An putas a declamatore quodam tam praeclare Atheniensium studium illud duos obolos accipiendi esse oppositum civium neglegentiae, qua patriam inermem et immunitam esse patiebantur?

In altera parte, quae inest in § 11, rogationem § 3 repetit, ut cives contione vocata de re publica melius ordinanda consultant, sed ita repetit, ut censeat, hoc extemplo faciendum esse, quod nisi fiat, opes, cum tempus postulet, in promptu sese habituros non esse.

Quid? hae duae partes nonne connexum habent, quo melior et artior cogitari non potest? Optime orator progreditur; primum Atheniensibus rem publicam denuo ordinandam, deinde non cunctandum esse hoc facere demonstrat.

Venimus ad tertiam partem, quae paragraphos 12—17 continet, ubi hoc fere modo orator argumentatur: § 12. oratorem, qui rogationi et consiliis suis adversetur, (εἶπεν τίς ποῦ λέγων τῶν ἀπαρρήγνυμένων εἰ ταῦτα γινήσεται) dixisse Demosthenem sese iactare in rostris et aures civium obtundere.

¹⁾ cf. Weili verba l. cl. p. 436: le reste du discours n'est qu'une suite de considerations generales. ²⁾ cf. quae Blassius l. cl. III p. 177 u. 178 de Demosthenis ratione rerum tractandarum egregie disserit.

§ 13. Sed se putare, si civibus consilia sua probet, fore, ut id civitati maxime prosit. Antea autem, qui cupiat bene de re publica mereri, Atheniensium auribus eum mederi necesse esse, quae cum multa et falsa audiverint, quasi corruptae sint.

§ 14. veluti oratores istos, quod paulo ante fures illud in arce aerarium depeculati sint, alii remos ex navalibus surripuerint, statum popularem abrogatum esse dicitasse. Atqui quamquam, qui fecerint, summa poena affiendi sint, tamen non ea re, ut isti oratores velint, rem publicam in praeceps dari.

§ 15. Quod quomodo fiat, nullum istorum dicere aut palam profiteri audere. Sese verum dicturum esse: id fore, si novo ordine non facto civitas belli apparatu careat (ὅταν ὑμεῖς φεύλω; ἡγμένοι πολλοὶ καὶ ἄποροι καὶ ἄσπονδοι καὶ ἀσύντακτοι ἦτε).

§ 16. verba quoque, quibus isti oratores populum decipere studeant: „in iudiciis eius salutem positam et suffragiis rem publicam conservandam esse“ futilia atque adeo rei publicae exitiosa esse.

§ 17. Nam in armis eos timendos, in iudiciis humanos esse decere.

Quoniam ita quomodo orator argumentetur, exposuimus, haud scio an quisquam nobiscum miretur, quod Weilius,¹⁾ homo doctrina et sagacitate insignis, interrogaverit, cur hoc loco orator de iudicio diceret, quod alii oratores de orationibus ipsius fecissent. Videtur eum effugisse, has duas res plane ad idem spectare, ad rem publicam melius ordinandam. Neque enim satis est, oratorem populo exponere, quibus consiliis damna rei publicae sanari posse videantur, sed simul ei persuadere opus est, esse alteram factionem, cui praesit Eubulus, quae optimis ipsius consiliis repugnet et omni modo cives commovere studeat, ne ipsi aures dent. At dicat quispiam, Eubuli nomen nusquam in oratione exstare; qua re orator tam infinita verba, qualia sunt τῶν διαρρηγνυμένων et similia, usurpet? Ita rem agere Demosthenis non esse. At in oratione περὶ συμμοριῶν, quae certe Demosthenis est, item nusquam Philippi nomen occurrit, quamquam dubium non est, quin contra hunc ipsum cives, ut bellum parent, incitet. Quod de illa oratione eiusque obscuritate Blassius l. c. p. 242 statuit, et in suadendo et in dissuadendo iuvenem oratorem, quae velit, celare, idem de hac dici potest. Nam mea quidem sententia Philippus tum non magis Demostheni timeendus erat, quam Eubulus, qui quam acceptus fuerit populo, constat.²⁾ Weilius quoque verbis oratoris tacito quodam sensu, ut ita dicam, ad Eubulum deductus est. Id apparet ex annotatione ad § 30, ubi hoc dicit: „καὶ οὐ . . . εἶναι“. „Cette parenthèse manque dans la troisième Olynthienne. L'orateur n'y prend aucun soin de ménager Eubule“.

Nunc ad quartam partem, quae inest in paragraphis 18—23 progredimur. Orator dicit:

§ 18. si magna verba faciat, rei publicae magnitudine, pro qua dicat, sese commoveri. Cur autem oratores, qui a civibus honorentur (οἱ ὅζ' ὑμῶν τιμώμενοι, dicit Eubulum) talia non dicant, sese expositurum esse.

1) cf. l. cl. adnotat. ad § 12. Pourquoi l'orateur relève-t-il ici cette critique, qu'on fait de ses discours? Je n'en vois pas l'a-propos. 2) cf. quae Schaeferus l. cl. I pag. 207 et prox. de summa Eubuli potentia eiusque ratione rei publicae administrandae exponit.

§ 19. Illos enim oratores nihil aliud agere, nisi ut imperatores vel magistratus creentur. Qui cum creati et gloria nomineque rei publicae muniti sint, nihil agentes bonorum rei publicae heredes esse. Quodsi cives omnia per se ipsi agant, id est rem publicam denuo et melius ordinent, istos et laborum et fructuum aequam cum ceteris partem sese habere visuros esse.

§ 20. Nunc autem ut maiores prius secundum classes contulerint, ita sese secundum classes rem publicam capessere, cum orator ducat, imperator pareat, cives cum utrisque vociferentur. Quare fieri, ut oratores et imperatores fortunati sint, civitas misera.

Habes igitur his paragraphis causas expositas, ex quibus isti oratores, qui asseciae sunt Eubuli, ita sese gerant, huiusque oratoris consilii quam maxime repugnent. Quid? melius et artius tibi videntur singulae partes inter se cohaerere posse, quam si parte, quae sequitur, ea quae antecedit confirmatur? Quod si Blassius¹⁾ dicit: „die Einheit ist nämlich, wie gesagt, beabsichtigt, in der That jedoch nicht vorhanden“, doctissimo illo homini, quod attinet ad has quartas partes assentiri non possumus. Sunt autem hae paragraphi non solum optime inter se connexae, sed etiam rem, quam orator sibi tractandam proposuit, egregie explicant. Nam causis accurate expositis, cur isti oratores rei publicae ordinandae obsistant, auctoritas eorum mirum in modum frangitur.

Quinta pars paragraphos 21–25 continet, in qua primum occurrunt maiores loci ex aliis orationibus repetiti, sed de iis infra accuratius disseremus. Hic res tantum, quae proferuntur, num sint dictae suo loco et bene ad rem accomodatae exquirimus.

§ 21. Quae sint agenda, ait orator, non ex alienis, sed ex domesticis exemplis cognoscere eis licere. Neque Miltiadem neque Themistoclem a maioribus tantis honoribus affectos esse, quantis duces, qui eis temporibus sint, a civibus afficiantur.

§ 22. Eorum enim neminem dixisse, Miltiadem ad Marathonem vicisse, Themistoclem ad Salamina, sed Athenienses victoriam reportavisse. Nunc autem multos dicere, Coreyram cepisse Timotheum, moram Lacedaemoniorum esse fusam ab Iphicrate, navali ad Naxum proelio Chabriam vicisse.

§§ 23 u. 24. Item maiores neque Menoni, Pharsalio, neque Perdiccae, Macedonum regi, qui fuerint hospites, civitatem sed immunitatem tantum dedisse: nunc servos servis genitos esse cives factos.

§ 25. Talia autem fieri non quod deterioribus ingeniis quam maiores sint, sed quod Athenienses eis temporibus desierint, praeclare de se cogitare.

His paragraphis bona maiorum tempora, quibus civitas opibus et auctoritate florebat, comparantur cum pravis, qualia tum erant, quibus civitatis honos et opes imminutae erant, auctae paucorum ducum et oratorum (δοκείτε γὰρ αὐτοὶ τῶν ἔργων τούτων παραχωρεῖν τῶν τιμῶν ταῖς ὑπερβολαῖς, αἱ δὲ δὲδώκατ' ἐπ' αὐτοῖς ἐκάστῳ τούτων). A. Schaeferus et Weilius huic comparationi locum in oratione de re publica ordinanda habita esse negaverunt; ille dicit: „jetzt wird der gegenwärtige Zustand in seiner Jämmerlichkeit der guten, alten Zeit gegenüber geschildert, eine Abschweifung, die hier zu keinem festen Ziele zurüctckgeleitet ist“, simile hic: „ici, au contraire, la question pratique

¹⁾ l. c. p. 354.

ne semble être qu'un prétexte pour débiter une espèce de sermon politique. Quamquam doctis hominibus concedimus, hic non extemplo manifestum esse, qua re orator haec verba inseruerit, tamen si quis accuratius locum contemplatur, plane ea suo loco posita esse sibi persuadeat. Orator eis uberius explicat, quod breviter attigit § 20 verbis: νοὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. Ῥήτωρ ἡγεμῶν, καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ, καὶ οἱ βοηθούμενοι μὲθ' ἑκατέρων τριακόντοι οἱ δ' ἄλλοι προσνεμέσθε, οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δ' ὡς ἐκείνους. Cum cives reprehendit, quod duces nimis honorent, simul et invehitur in partem Eubuli, cuius asseclae isti sunt, (cf. supra verba στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ) et cives ipsos obiurgat, quod istis nimis, sibi ipsi parum confidant (ὡς οὐδὲν αὐτῶν κρείττους ὄντας ἐκείνοι . . . ἐτίμων). Quid? quo auctore Athenienses tam effuse peregrinis civitatem largitos esse putas? Reputantibus nobis cetera Eubuli in re publica administranda consilia haud scio an hac quoque in re procul afuisse a maiorum parsimonia videatur. Haec est causa, cur orator hic, id, quod primum mirum esse potest, civitatis peregrinis datae mentionem faciat. Quod postremo orator queritur, quod cives parvis et vilibus rebus occupati maiora petere desistant, id in nullum aliud tempus potius cadit, quam cum Eubulus rem publicam administrabat. Ita hae paragraphi aptissimae sunt, quibus ea impugnetur factio, quae rei publicae denuo ordinandae quam maxime resistebat. Nam hoc quoque loco id dicendum et affirmandum est, quod recentiores criticos et qui interpretati sunt orationem fugit, non scholiastam,¹⁾ hac oratione oratorem nihil aliud velle, nisi animos civium conciliare ad rogationem suam in altera contione libenter audiendam et accipiendam.

Nunc nos vertamus ad sextam partem ad paragraphos 26—31. Quam partem his verbis orator instituit: considerent summam rerum a maioribus et se ipsis gestarum, si forte ex his saltem perspectis meliores fieri possint (cum Cobeto enim legimus σκέψασθε δ' ἂν τις κεφάλαι' ἂν ἔχοι εἰπεῖν τῶν τεκείνους πεπραγμένων καὶ τῶν ὑμῖν, ἂν ἄρ' ὑμῶν αὐτῶν ἀλλ' ἐκ τούτων γε δύνησθε γενέσθαι κρείττους).

§ 26. maiores per quadraginta quinque annos principatum Graeciae tenuisse, magnas pecunias in arcem urbis contulisse, praeclara virtutis monumenta reliquisse.

§ 27. Ipsos amplius mille et quingenta talenta frustra Graecorum mendicis dedisse (ἀνέλωται μάτην εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους), aerarium exhausisse, socios, quos maiores sibi in bello conciliaverint, in pace amisisse.

§ 28. urbem quoque maiorum temporibus multo pulchrius ornatam fuisse templis, porticibus, aliis rebus.

§ 29. contra domus privatorum hominum, etiam Miltiadis, Aristidis, Themistoelis, Cimonis moderatissimas fuisse.

§ 30. suis temporibus parvas tantam pecunias conferri ad urbem exornandam, eos autem, qui rem publicam administrent, partim publicis aedificiis magnificentiores domus aedificasse, partim tanta praedia coëmisse, quanta ne somnio quidem sese habituros speraverint.

¹⁾ cf. l. c. verba: οὐκ ἔστι δὲ ἡ περὶ τούτου προκειμένη συμβουλή νῦν ἐντελής, ἀλλ' εἰσέγγισις μόνη καὶ προτροπή τισὶν ἐν ἑτέροις ἐκκλησίαις τὴν τάξιν κορῶσσοσιν.

§ 31. Quarum rerum causam esse, quod illis temporibus penes populum potentia et auctoritas fuerit, his sit penes istos oratores, populus ministri locum obtineat eisque rebus contentus sit, quas isti condonent.

Primis ipsis verbis orator professus est sese maiorum tempora in memoriam revocasse, ut cives exemplo proposito compellat ad maiores imitandos (ἵνα καὶ μιμώμεθα τὰς τῶν ἀναθέντων ἀρετάς). Id autem nulla alia re facere poterant, nisi ea quod rem publicam melius ordinabant ipsique administrabant neque oratoribus et ducibus omnia permittebant facere. Hoc sibi volunt verba § 26: „ἄν ἄρ' ὁμῶν αὐτῶν ἀλλ' ἐκ τούτων γε δύνησθε γενένθαι κρείττους“. Nam in paragraphis, quae sequuntur, non in universum maiorum tempora cum eis, quae tunc erant, comparantur, sed ita fit, ut civibus ante oculos ponatur, quo magis istis oratoribus obsecuti essent, eo magis rei publicae auctoritatem et opes imminutas esse. Si quis hunc locum parum ad rem dictum esse dicat, velim respiciat verba § 27: „ἐξανήλωται εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους“, quae infra accuratius tractabimus et § 30: „καὶ οὐ τοῖς εἰσγηγησαμένοις ταῦτ' ἐπιτιμῶ . . . ὑπολάμβανεν εἶναι“, et eodem loco: „οἱ τῶν κοινῶν ἐπὶ τῷ γεγενυμένοι . . . ὅσῃν οὐδ' ὄναρ ἤλπισαν πάποτε“ et postremo totam paragraphum 31, ubi expressis verbis orator affirmat, per istos oratores omnia in re publica in peius mutata esse.

Neque minus apte septima et postrema pars verbis, quae antecedunt, annectitur. Nam ita ab oratore res porro tractatur, ut civibus persuadere studeat, cum talis sit civitatis condicio, non solum gloriam veterem et magnam amissam esse, sed iam rem publicam in summum discrimen et periculum vocari. Re ita tractata civium animos maxime commoveri, ut consilia oratoris de re publica aliter ordinanda libenter accipiant, quis est, qui neget? Haec sunt, quae orator paragraphis 32—35 exponit:

§ 32. Cives, cum ita se gerant, alia plebiscita facere atque res gerere. Ut eis placuisse contra Megarenses, qui sacram terram occupaverint, proficisci, Phlasiis expulsis auxilio venire.

§ 33. Quae esse plebiscita bona et civitate digna, sed facta nusquam esse secuta. Ita plebiscitis nihil aliud nisi inimicitias sibi parari, nam vires, quibus decreta exsequantur, deesse.

§ 34. Qua re sese civibus suadere, ut aut minora petant contentique sint suis ipsorum negotiis agendis aut maiores opes comparent. Prius autem facere magis Siphnios et Kythnios decere quam Athenienses. Cum Athenienses sint, sese eis suadere, ut opes augeant.

§ 35. Praeterea non solum turpe, sed etiam plenum periculi esse de principatu Graeciae, quem tamdiu habuerint, concedere et veteres amicos proicere, praesentes hostes — cui non in mentem venit Philippi! — magnos facere. Omnino autem — quibus verbis redit ad adversarios, quos in his paragraphis stringit tantum, impugnandos — ut oratoribus (οἱ πολιτευόμενοι) non liceat subito, si velint, recedere a re publica administranda, ita eos non subito nova ratione rerum gerendarum uti posse. Antea enim occupatos fuisse negotiis totius Graeciae agendis.

Hic omnia et tam plane ad rem propositam spectant — commemoro illud bis positum „μεῖζο δύναιμι παρασκευάζεσθαι“ et „τὸ τὴν δύναιμι παρασκευάζεσθαι“ — et tam egregie verbis expressa sunt, — recte Weilius annotat verba illa: „οὐδ' ἐστὶν ἐφ' ὑμῖν, οὐδ' ἂν ἀποστῆναι τῶν Ἑλληνικῶν βούλησθε“, proxime accedere ad verba, quae Pericles apud Thucydidem II, 36 facit — ut Blassius et alii docti homines, qui reliquas orationis partes reprehendunt, hanc laudent. Unus A. Schaeferus hunc quoque locum ex rhetoris ingenio et sedulitate profectum esse vult.

Restat, ut epilogum (§ 36) breviter consideremus. Caput autem esse, ait orator, omnium, quae dixerit, oratores tales esse, quales cives velint. Neque enim hos illorum voluntati obsequi, sed illos horum cupiditatibus blandiri. Quam ob rem, si cives bonas salutaesque res petant, fore ut omnes res bene se habeant neque oratores inveniantur, qui quicquam mali suadeant.

De hac peroratione Weilius hoc iudicat: „l'orateur ne prend pas la peine de revenir dans sa péroraison à l'objet soumis aux délibérations du peuple“; simile Blassius; Spengelius l. c. p. 107 haec exponit: oratorem, quascunque res afferat, eis nil nisi duos locos commentari; primo loco (§§ 1--11) de pecunia, quam vocant Graeci θεωρικόν, agere, altero (§§ 12--36) refutare adversariorum reprehensionem, quod sit laudator temporis acti. Deinde pergit: „Der Schluss, der alles bisher Gesagte zusammen fassen will, (κεφάλαιον πάντων τῶν εἰρημένων), weiss von dem ersten Teile nichts, zum deutlichen Beweise, dass es zwei für sich bestehende Gegenstände sind, welche den Inhalt des Ganzen bilden“. At, ut non dicam, verbum „κεφάλαιον“ hoc loco non, quod vult Spengelius, significare comprehensionem, sed caput omnium rerum, quae tractatae sunt, conclusio optime in totam orationem quadrare mihi videtur. Neglegenda non sunt verba: „ὅμᾳς ὄν ὑπάρξει θεῖ χρηστὰ βουλευμένους“. Quid enim aliud significant nisi id: oportere cives accipere oratoris de re publica ordinanda consilia? Quod si fecerint, auctoritatem Eubuli et ceterorum oratorum esse fractam. Epilogus, si hunc in modum interpretamur, ita non est dictus in univsum, ut optime et aptissime, quaecunque orator consilia civibus probare vult, complectatur.

Hic habes dispositionem et argumentum orationis. Ut singula, quae exposuimus, comprehendamus, orator rem ita agit: Prooemium: sese non dissuadere, ut pecunia, quae vocatur θεωρικόν, dispertiatur inter cives, si una officia in rem publicam explere velint.

Propositio: Quod quomodo fiat et res publica melius ordinanda sit, in contione mox facienda consultant.

Tractatio: I. hunc novum rei publicae ordinem, quem adumbrat, esse necessarium.

II. eum esse extemplo instituendum.

III. Oratores, qui ipsi repugnant, id negare et cives per omnes artes ab hac re abducere studere.

IV. Id autem ab istis fieri, cum suis, non rei publicae utilitatibus serviant, neque quidquam antiquius habeant, quam ut apud plebem diutius auctoritate floeant.

V. Plane aliter maiores rem publicam administrasse.

VI. Tum rei publicae statum multo meliorem fuisse, quod populus universus, non pauci oratores et duces rerum gerendarum auctores fuerint.

VII. Cum tale agendo non solum vetus gloria et opes rei publicae, sed iam salus agantur, ut maiores opes comparent, sese cives adhortari.

Peroratio: Si ipsi, quae re vera prosint rei publicae, facere, id est rem publicam melius ordinare velint, de oratorum auctoritate et potentia actum esse.

Ita demonstrasse mihi videor non solum duas illas partes, quas Spengelius statuit, optime ab oratore inter se esse connexas, sed etiam, id quod Blassius desiderat, orationem unum quoddam corpus efficere. Neque minus ex argumento in medium prolato apparet Weilium non recte oratorem

vituperasse, quod verbis suis nullam rem certam persequatur. Omnia, quae leguntur, eo spectant, ut ordo ille novus civibus commendetur, oratorum, qui ei resistebant, auctoritas labefactetur. Quamquam ab oratore rem per ambages quasdam neque apertis verbis agi negari non potest. Cuius rei duae causae sunt, quae mihi quidem summi momenti esse videntur. Primum oratori, cum in hac contione de plane alia re, „περὶ τοῦ παρόντος ἀργυρίου“, agatur, id quod ei maxime cordi est, strictim tantum, non copiose accurateque tractare licet. Multum valent ad hanc quaestionem diiudicandam verba oratoris § 12: „οὐ μὲν οὐδὲ τοῦτο μικρὸν ὠφελεῖν οἶμαι, εἰ τὰ βέλτιστα ἀκούειν ὑμᾶς συνεθίζω. δεῖ γὰρ, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν βουλόμενον τι ποιῆσαι τὴν πόλιν ἡμῶν ἀγαθὸν τὰ ὅσα πρῶτον ὑμῶν ἰάσασθαι“, quibus profitetur, hac oratione sese id tantum persequi, ut animos civium sibi et consiliis suis conciliet. Deinde rem, de qua agatur, summam oratori difficultatem praeberet, cum plebs invita pecuniam publice datam missam faciat, manifestum est. Apud A. Schaeferum, qui rerum huius temporis historicarum peritissimus est, l. c. II p. 150 legimus haec: „so weit war das Übel des Theorikenwesens mit dem athenischen Wesen verwachsen, dass selbst Demosthenes darauf verzichtete es mit der Wurzel auszureissen. Ein grosser Teil der Bürgerschaft konnte ohne Zuschüsse des Staates nicht mehr bestehen“. Itaque Demosthenes in orationibus Olynthiacis, quamquam etiam atque etiam ad hanc gravissimam rem redit, tamen de his pecuniis aliter adhibendis rogationem ad populum ferre non ausus est. Idem, quod Blassius de prima Olynthiaca disserit, de hac oratione statui potest; cf. l. c. III, 1 p. 270 und 275: „es scheint nicht, als ob die Rede von einem förmlichen Antrage begleitet gewesen sei. Der erteilte Rat ist wenig ausgeführt und sehr kurz in seinen Einzelheiten begründet . . . Die Absicht der Rede ist also wesentlich, das Volk im allgemeinen anzuspornen und zu energischem Handeln, vor allem auch zu persönlichem Kriegsdienst willig zu machen“. Quodsi postremo Blassius dicit, ex hac oratione nihil novi nos comperire, Weilius suo iure ad quartam Philippicam, ubi orator quartum de eadem re agit, l. c. p. 361 infra id iudicat. „Peut-on croire que Démosthène se soit ainsi copié lui-même? Sans doute, nous l'avons dit, un certain fonds d'idées, de considérations, d'exhortations est commun à toutes les Philippiques. Il ne pouvait en être autrement: un orateur politique est obligé de frapper souvent sur le même point, il fait avant tout une oeuvre pratique, le point de vue littéraire ne vient qu'en second lieu.“ Sed iam satis satisque! Quod attinet ad dispositionem et argumentum orationis non est, cur Demostheni eam abiudicemus.

Caput alterum.

Nunc quaerimus, quid de altera re, quae orationi vitio data est,

De locis ex aliis Demosthenicis orationibus promptis,

sit statuendum. Weilius huic non multum tribuit cf. l. c. p. 437. Spengelius contra haec dicit: „betrachtet man aber die Aenderungen und Zusätze, so kann man kaum anderes als eine fremde Hand erkennen“. Minus etiam Blassio hi loci repetiti arrident, ei persuasum est, has paragraphos a declamatore in hanc formam redactas esse, cum omnia et ex rebus et ex verbis, si cum locis vere Demosthenicis comparemus, depravata videantur. Multo etiam acrius iudicium de eis A. Schaeferus l. c. IV p. 92 facit. Quae cum ita sint, hanc rem diiudicare vix possumus, nisi

singulos locos huius orationis in medium prolatos accurate conferimus cum eis locis aliarum Demosthenis orationum, ex quibus deprompti esse dicuntur. Incipiamus ab eis locis, qui maiorem quandam verborum ambitum habent. Atque primum quidem

§ 21 huius orationis comparamus cum § 23 Olynthiacae tertiae:

καίτοι σκέψασθε, πῶς ἐπὶ τῶν προγόνων
ταῦτ' εἶχεν· οὐ γὰρ ἀλλοτριότις ὑμῖν παραδείγμασι
χρησαμένοις, ἀλλ' οἰκείοις ἕξεσθ', ἃ προσήκει
πράττειν, εἰδέναι . . .

καίτοι σκέψασθε, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἄτις
ἂν κεφάλαι' εἰπεῖν ἔχοι τῶν τ' ἐπὶ τῶν προγόνων
ἔργων καὶ τῶν ἐφ' ὑμῶν. ἔσται δὲ βραχὺς καὶ
γνώριμος ὑμῖν ὁ λόγος. οὐ γὰρ ἀλλοτριότις ὑμῖν
χρωμένοις παραδείγμασιν, ἀλλὰ οἰκείοις, ὧ ἄν-
δρες Ἀθηναῖοι, εὐδαίμωνιν ἕξεσσι γενέσθαι.

Omissum igitur est hoc loco enunciatum relativum et parenthesis illa „ἔσται . . . λόγος“. Deinde verba „εὐδαίμωνιν ἕξεσσι γενέσθαι“ in „ἃ προσήκει πράττειν“ orator mutavit, quae tam bene ad rem dicta sunt, ut nullo modo reprehendi possint. Tota verba transitionis loco posita sunt, quae quod simili modo in altera oratione occurrunt, mirum non est, cf. paulo infra § 26 huius orationis, ubi similia leguntur. Locus, qui deinceps in §§ 21—25 sequitur, quo maiorum tempora oratoris temporibus opponuntur, magna ex parte in Aristocrateae §§ 196—200 legitur. Priusquam autem de singulis rebus agimus, est nobis statuendum, quid de his repetitionibus, quae non rarae apud Demosthenem sunt, in universum iudicemus. Primus Broughamius, Britannorum egregius Demosthenis existimator et idem in causis quam maxime versatus orator, multum interesse inter nostri et antiqui temporis oratorum consuetudinem ostendit. Hos, si sententiae cuiusdam aptam formam repperissent, eam occasione data repetere non dubitasse, illos potius novam formam quaere, quam veterem ex schedis repetere, cf. Blassium. l. c. III, 1. p. 74 et 75. Accuratissime de hac re Westermannius l. c. p. 113 disseruit, qui non omni ex parte cum Broughamio consentit, sed haec exponit: „non temere et promiscue quemvis locum summum oratorem repetere, sed communes plerumque sententias, quae quoniam in universum ad veritatem accomodatae scriptae sint, in omnia tempora apprime opportune cadant; singulos autem locos, quo nomine eos liceat significare, qui ad certum aliquod tempus, ad singulum casum spectent, tum modo, cum adhuc prope ab isto tempore vel casu absit idemque fere, qui ante rerum status sit. Eos enim, ait p. 115, quoniam ut praeterita exempli causa aut durante rerum statu usurpentur, item universales sive communes quodam modo dici posse. Itaque huius generis duas esse partes, quarum una ad praeteritum, altera ad praesens tempus spectet. Et illius quidem, quam quis mere historicam dixerit, satis frequentem usum esse apud Demosthenem, nec diffidi posse magnam hoc in argumento vim inesse, cum aliquis reputet, quantum valeat ad homines a more maiorum degeneres in viam revocandos maiorum gloriae virtutisque memoria redintegrata“. Quae verba non solum ad paragraphos, quas nunc tractamus, sed ad cunctos locos in nostra oratione repetitos tam bene quadrant, ut Westermannius summa tantum Wolfi auctoritate commotus esse videatur, ut dubitaret, haecne oratio genuina esset. Quoniam ita demonstravimus has repetitiones non repugnare cum Demosthenis dicendi consuetudine, nunc quaerimus, num quae mutata et addita sunt, Demosthenis arte digna

videantur. Nam recte iam Broughamius vidit magnum oratorem non verbotenus hos locos repetere, sed summa cum diligentia emendaré et polire.

Iam compara § 21 huius orationis cum § 196 Aristocrateae.

. Ἐκεῖνοι Θεμιστοκλέα, τὸν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν στρατηγούντα, καὶ Μιλτιάδην, τὸν ἡγούμενον Μαραθῶνι, καὶ πολλοὺς ἄλλους, οὐκ ἴσα τοῖς νῦν στρατηγοῖς ἀγαθὰ εἰργασμένους, μὰ Δί', οὐ χαλκοῦς ἴστασαν, ἀλλ' ὡς οὐδὲν αὐτῶν κρείττους ὄντας, οὕτως ἐτίμων.

πρῶτον μὲν τοίνυν ἐκεῖνοι Θεμιστοκλέα, τὸν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν νικήσαντα, καὶ Μιλτιάδην, τὸν ἡγούμενον Μαραθῶνι, καὶ πολλοὺς ἄλλους, οὐκ ἴσα τοῖς νῦν στρατηγοῖς ἀγαθὰ εἰργασμένους, οὐ χαλκοῦς ἴστασαν οὐδ' ὑπερηγάπων.

Desideratur igitur in § 21 formula illa enumerativa πρῶτον μὲν τοίνυν; pro participio νικήσαντα est usurpatum στρατηγούντα, quod coniunctum est cum accusativo rei, ad quam verbum pertinet; simile legis in orationis, quae est inter Demosthenicas XLIX, paragrapho 25: „στρατηγεῖν τὸν ἐπ' Αἴγυπτον πόλεμον“. Deinde addita est formula illa iurisiurandi quam maxime usitata „μὰ Δία“; postremo verba οὐδ' ὑπερηγάπων mutata sunt in ἀλλ' ὡς οὐδὲν κρείττους ὄντας, οὕτως ἐτίμων. Cetera, quae orator mutavit, nihil offensionis habent, postrema autem verba, ubi primum legimus, videri declamatoris inscitiam et insulsiatatem redolere non negamus. Quamobrem Cobetus ea absurda esse indicavit, cui Weilius assentitus est. Quamquam nos quoque in his verbis primum offendimus, tamen re multum agitata ea defendere ausi simus. Nam multum interest inter has duas orationes; plane aliud efficere vult orator Aristocrateae, aliud decima tertia. Illa nimio honori, quo alienum ducem afficere volebat Aristocrates, orator obsistit, hac cives impellit, ut rursus maiorum instar ipsi rebus domi militiaeque gerendis intersint neve permittant, ut oratores et duces omnem auctoritatem et gloriam sibi sumant. Quod ut civibus persuadeat, dicendi amplificatione quadam docet, maiorum temporibus Miltiadem, Themistoclem, alios claros viros velut primos inter pares fuisse, suis temporibus oratores et duces magni aestimari, populum pro nihilo putari. Ita recte verba nos interpretari eo quoque apparet, quod orator, quae sententiae deinceps in paragrapho 197 Aristocrateae leguntur, huic orationi non inseruit. Explicat enim Demosthenes illo loco ducibus tum id summo honori fuisse, quod aliis civibus praeesent. Hunc honorem, quamvis meritum, ducum hic silentio praetermittit, quippe qui cives ad id ipsum studeat adducere, ut magis sibi ipsi confidant. Contra quae res deinde in § 198 Aristocrateae sequuntur, cum optime verba: „ἀλλ' ὡς οὐδὲν αὐτῶν κρείττους ὄντας“ confirmant neque quidquam aliud nisi res historicas proferant, fere verbotenus in orationis decimae tertiae paragrapho 22 occurrunt.

Paragraphum, quae deinceps sequitur, libet ascribere, ut cum Aristocrateae verbis conferri possit:

§ 23 huius orationis.

τάς μὲν δὴ πολιτικὰς δωρεὰς οὕτως ἐκεῖνοί τε καλῶς καὶ ὀμεῖς οὐκ ὀρθῶς, τὰ δὲ τῶν ξένων πῶς; Ἐκεῖνοι Μένωνι, τῷ Φαρσαλίῳ, δώδεκα μὲν τάλαντ' ἀργυρίου δόντι πρὸς τὸν ἐπ' Ἡϊόνι, τῇ πρὸς Ἀμφιπόλει πόλεμον, διακοσίους δ' ἑπταεῖσι

§ 199 Aristocrateae.

τάς μὲν δὴ πολιτικὰς δωρεὰς οὕτως ἐκεῖνοί τε καλῶς καὶ λυσιτελούντως αὐτοῖς ἐδίδοσαν καὶ ἡμεῖς οὐκ ὀρθῶς. τὰς δὲ τῶν ξένων πῶς; ἐκεῖνοι Μένωνι, τῷ Φαρσαλίῳ, δώδεκα μὲν τάλαντ' ἀργυρίου δόντι πρὸς τὸν ἐπ' Ἡϊόνι, τῇ

πενέσταις ἰδίοις βοηθήσαντι, οὐκ ἐψηφίσαντο
πολιτεῖαν, ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον.

πρὸς Ἀμφιπόλει, πόλεμον, τριακοσίοις δ' ἑπταεῦσαι
πενέσταις ἰδίοις βοηθήσαντι, οὐκ ἐψηφίσαντ'
αὐτόν, ἄν τις ἀποκτείνῃ, ἀγώγιμον εἶναι, ἀλλὰ
πολιτεῖαν ἔδωσαν καὶ ταύτην ἱκανὴν ὑπελάμβανον
εἶναι τὴν τιμὴν.

Primum hic ommissa sunt verba „λοσιτελοῦντως αὐτοῖς ἐδόσαν“, sed ellipsi verbi finiti, quod facillime ex verbo, quod antecedit δεδώκατε suppletur, enunciato maiorem vim attribui puto; Weillio quoque hic locus non displicet, cf. annotationem ad haec verba. At multo maior discrepantia postremis in verbis exstat. Nam, ut non multum ei rei tribuamus, quod orator hoc loco de ducentis equitibus, illo de trecentis commemorat, qua in re memoria facile decipi potest, in Aristocratea audimus, Menonem Pharsalium, qui Cimoni, cum anno ante Christum natum 470 vel 469 Amphipolin oppugnaret, auxilio venisset, civitate donatum esse, in hac immunitate tantum. Quid? hic nonne manifestum est, ab inscio declamatore rem a Demosthene recte narratam falso relatam esse? Quamquam res non ita pro certo affirmari potest, ut A. Schaeferus facit, qui l. c. dicit: „sicherlich hatte man damals die Steininschriften mit den Beschlüssen noch vor Augen“, tamen Weillio assentior, qui censet, futurum fuisse ut principibus alienis, si immunitate tantum donati essent, vile beneficium daretur. Quare verisimile est, rem ita se habere, ut legitur in Aristocratea. Quod quamquam concedimus, tamen non declamatorem falso et inscie mutasse illud factum, sed Demosthenem ipsum consulto eandem rem diversum in modum narrasse contendimus. Nam si quis attente oratores Atticos perlegit, is scit, omnes Demosthene non excepto minime dubitare facta, prout res, de qua agatur, postulet, alio loco et tempore aliter narrare; Blassius l. c. p. 185 huius rei insignia exempla affert; cf. Spengelium quoque l. c. p. 109. Quod A. Schaeferus contemptim de hoc loco dicit: „es passt dem Rhetor die Anti-These des Demosthenes für seinen Kram nicht“, est vera causa, cur Demosthenes ipse hic factum aliter atque in Aristocratea proferat. In Aristocratea rogationem, ut, si quis Charidemum interfecerit, is ubique in finibus Atticis deprehendatur, ita impugnat, ut cives commonefaciat, maiores peregrinis, qui de re publica optime meriti sint, civitatem tantum dedisse, in hac oratione, qua cives reprehendit, quod auctore, ni fallimur, Eubulo civitatem pluribus et indignis largiti sint, civitati effuse datae immunitatem parce a maioribus impertitam opponit.

Venimus ad sequentem paragraphum,

§ 24 huius orationis, cui simillima est § 200 Aristocrateae:

καὶ πρότερον τούτου Περδίκκα, τῷ κατὰ τὴν
τοῦ βαρβάρου ποτ' ἐπιστρατεῖαν βασιλεύοντι
Μακεδονίας, τοὺς ἀναχωροῦντας ἐκ Πλαταιῶν
τῶν βαρβάρων ἀπὸ τῆς ἤτις διαφθείραντι καὶ
τέλειον τὰτύχημα ποιήσαντι τῷ βασιλεῖ, οὐκ
ἐψηφίσαντο πολιτεῖαν, ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν
μόνον, μεγάλην καὶ τιμίαν, οἶμαι, καὶ σεμνήν
τὴν αὐτῶν πατρίδα ἰγούμενοι καὶ πάσης μείζονα

καὶ πάλιν Περδίκκα, τῷ κατὰ τὴν τοῦ βαρ-
βάρου ποτ' ἐπιστρατεῖαν βασιλεύοντι Μακεδονίας,
τοὺς ἀναχωροῦντας ἐκ Πλαταιῶν τῶν βαρβάρων
διαφθείραντι καὶ τέλειον τὰτύχημα ποιήσαντι
τῷ βασιλεῖ, οὐκ ἐψηφίσαντο ἀγώγιμον εἶναι,
ἄν τις ἀποκτείνῃ Περδίκκαν, ᾧ βασιλεὺς ὁ Περ-
σῶν ἐχθρὸς δι' ἡμᾶς ἀπεδέδεικτο, ἀλλὰ πολιτεῖαν
ἔδωκαν μόνον. καὶ γὰρ τοὶ τότε μὲν οὕτω

εὐεργεσίας. Νῦν δ', ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φθόρους ἀνθρώπους οἰκοτρίβων οἰκότριβας, τιμὴν ὥσπερ ἄλλου του τῶν ὠνίων λαμβάνοντες, ποιεῖσθε πολίτας.

τίμιον ἦν πᾶσιν ἀνθρώποις τὸ γενέσθαι πολίταις παρ' ὑμῖν, ὥσθ' ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν τούτου τηλικαῦτα ὑμᾶς ἀγαθὰ ἤθελον ποιεῖν, νῦν δ' οὕτως ἄτιμον, ὥστε τῶν τετυχηκότων πολλοὶ πλείω κακὰ τῶν φανερωῶς ἐχθρῶν εἰσιν ὑμᾶς εἰργασμένοι.

Hic mutata sunt verba „καὶ πάλιν“ in „καὶ πρότερον τούτου“, deinde, de qua re iam supra diximus, Perdiccae quoque immunitatem, non civitatem datam esse legimus. Idem autem, quod de Menone iudicavimus, in Perdiccam cadit, quem Macedonum tetrarcham bellis Persicis fuisse recte A. Schaeferus l. c. p. 93 in annotatione altera disputavit. Tertium illud enunciatum particulis καὶ γὰρ τοι introductum hic plane aliter constructione participiali expressum est, sed dubito, num quis quid in eo requirat aut Demosthene indignum inveniat. Postrema quoque sententia: „νῦν δὲ ποιεῖσθε πολίτας“ valde recedit ab Aristocrateae verbis, sed, si argumentum respicis, non est minore vi aut auctoritate, si formam, quod hic orator figura ὀνοματοποιίας, quam grammatici vocant, utitur, etiam maiorem artem ostendit. Nihilominus Weilius eam vituperat, quod hic illa largitio, qua civitas indignis erat data, non oratoribus, sed toto populo opprobretur. At, quamquam oratores, qui populo persuadebant, ut civitatem effuse darent, maxime obnoxii erant, tamen populus, penes quem erat, civitatem et dare et denegare, eodem iure reprehendi poterat. Atque Demosthenis potissimum proprium est, quod ex omnibus orationibus cognoscitur, a populo postulare, ut ipse rationem reddat omnium rerum, quae in republica administranda fiebant.

Paragraphus, quae sequitur, magna ex parte in Olynthiacae tertiae paragrapho tricesima altera legitur. Nam confer

§ 25 huius orationis cum § 32 Olynthiacae III:

Ταῦτα δ' ὑμῖν ἐπελήλυθε πράττειν οὐχ ὅτι τὰς φύσεις χεῖρους ἐστὲ τῶν προγόνων, ἀλλ' ὅτι τοῖς μὲν ἐφ' αὐτοῖς παρεισθίκει μέγα φρονεῖν, ὑμῶν δ', ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περιήρηται τοῦτο. Ἔστι δ' οὐδέποτε, οἶμαι, δυνατὴν μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν, ὥσπερ οὐδὲ λαμπρὰ καὶ καλὰ πράττοντας μικρὸν καὶ ταπεινὸν φρονεῖν. ὅποῖ' ἄττα γὰρ ἂν τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων ἦ, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν.

Ἔστι δ' οὐδέποτε, οἶμαι, μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας, ὅποῖ' ἄττα γὰρ ἂν τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων ἦ, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν. ταῦτα μὰ κτλ . . . ; quae verba sequuntur, plane differunt a verbis orationis decimae tertiae.

Prima atque egregia sententia in hac tantum oratione invenitur. Quod autem Weilius in annotatione ad haec verba putat, res, quae accuratius in Olynthiacae III §§ 30 et 31 tractentur, hoc enunciato breviter comprehendi, id ei minime assentiri possum. Nam argumentum duorum locorum plane aliud est; illic exponitur maiorum temporibus omnes res per populum ipsum administratas esse, hic orator queritur, quod prius Athenienses magnanimi fuerint, nunc sint demissi. Vocabulum „περιαιρεῖσθαι“, quod duobus locis usurpatur, ut Weilius monet, saepius apud De-

mosthenem occurrit, cf. XIX, 65, 220, XXI, 138, aliis locis, ut hac ex re nihil certi concludi possit. Verba, quae deinde sequuntur, sunt locus communis, quae in hac oratione melius ad ea, quae antecedunt, ad illud „τὸ μέγα φρονεῖν“, quam in Olynthiaca III annecti videntur. Praeter verbum *δυνατόν* hic additum etiam figura contrarii in hac oratione bene orator utitur, cum verba „ὥσπερ . . . φρονεῖν“ adicit, quae in illa desiderantur. Eodem iure, quo Weilius de vocabulo *περιαιρεῖσθαι* admonuit, commemoraverim, hic legi adiectivum illud proprium „ταπεινός“, quod Demosthenes non raro usurpat, cf. IV, 23, XXI, 186 bis, saepius.

Sed haec quidem haecenus. Vidimus locos in §§ 21—25 repetitos plane ex consuetudine Demosthenis esse usurpatos, quippe qui res historicas vel sententias communes contineant; quae autem mutata et adiecta sunt, ea esse ad rem dicta neque Demosthenis stilo indigna.

Iam progrediamur ad alteram orationis partem §§ 26—31, cuius similis in Olynthiaca tertiae § 23—31 reperitur. Quo melius appareat, quae duobus locis verba eadem sint, quae inter se discrepent, libet ea ascribere.

§ 26 huius orationis:

Σκέψασθε δ' ἄ τις κεφάλαι' ἂν ἔχοι εἰπεῖν τῶν τ' ἐκείνοις πεπραγμένων καὶ τῶν ὑμῖν (Cobetii lectionem sequimur), ἂν ἄρ' ὑμῶν αὐτῶν ἀλλ' ἐκ τούτων γε δύνησθε γενέσθαι κρείττους. Πέντε μὲν καὶ τετταράκοντ' ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἤρξαν ἐκόντων ἐκείνοι, πλείω δ' ἢ μύρια τάλαντ' εἰς τὴν ἀρχόπολιν ἀνήγαγον, πολλὰ δὲ καὶ καλὰ καὶ πεζῆ καὶ ναυμαχοῦντας ἔστησαν τρόπαια, ἐφ' οἷς ἔτι καὶ νῦν ἡμεῖς φιλοτιμούμεθα. Καίτοι νομίζετ' αὐτοὺς ταῦτα στήσαι, οὐχ ἵνα θαυμάζωμεν ἡμεῖς θεωροῦντες αὐτά, ἀλλ' ἵνα καὶ μιμούμεθα τὰς τῶν ἀναθέντων ἀρετάς.

§§ 23 und 24 Olynthiaca III:

Καίτοι σκέψασθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἄτις ἂν κεφάλαια εἰπεῖν ἔχοι τῶν τ' ἐκεί τῶν προγόνων ἔργων καὶ τῶν ἐφ' ὑμῶν. ἔσται δὲ βραχὺς καὶ γνώριμος ὑμῖν ὁ λόγος. οὐ γὰρ ἄλλοτριῶς ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν ἀλλ' οἰκείως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εὐδαίμοσιν ἔξεσσι γενέσθαι. ἐκείνοι τοίνυν, οἷς οὐκ ἐχαρίζονθ' οἱ λέγοντες οὐδ' ἐφίλουσιν αὐτοὺς ὥσπερ ὑμεῖς οὕτω νῦν, πέντε μὲν καὶ τετταράκοντα ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἤρξαν ἐκόντων, πλείω δ' ἢ μύρια τάλαντα εἰς τὴν ἀρχόπολιν ἀνήγαγον, ὑπέλαουε δὲ ὁ ταύτην τὴν γῶραν ἔχων αὐτοῖς βασιλεύς, ὥσπερ ἐστὶ προσήκον βαρβαρὸν Ἑλλήσι, πολλὰ δὲ καὶ καλὰ καὶ πεζῆ καὶ ναυμαχοῦντας ἔστησαν τρόπαια αὐτοὶ στρατευόμενοι, μόνου δὲ ἀνθρώπων κρείττω τὴν ἐπὶ τοῖς ἔργοις ὁδῆσαν τῶν φθονούτων κατέλιπον.

Prima verba, ut in § 21, transitionis loco posita, sed ita variata sunt, ut dubitem, num orator, cum ea scriberet, alteram orationem inspexerit; quae deinceps addidit „ἂν ἄρα . . . κρείττους“ optime se habent, ut locum non deteriore, sed meliorem reddant. In ea autem verba, quibus orator res a maioribus gestas breviter depingit, certe cadit, quae Broughamius et Westermannius l. c. exposuerunt; est talis locus, quem orator, qua forma egregia conscripsit, repetere non vereatur. Sed hic quoque non verbotenus repetitur, sed singula addita, singula omissa sunt. Ita in hac oratione enunciatum relativum „οἷς . . . οὕτω νῦν“ non occurrit, quod consulto orator praetermisit, qui

hic obiurgat cives, quod oratores nimis honorent; qua cum re illud enunciatum parum congruit. Deinde Philippi, regis Macedonum, in hac oratione, qua de re publica ordinanda agitur, mentio fieri non debebat, quae in Olynthiaca III opus erat. Ita fit, ut verba „ὀπίκουσε δὲ . . . Ἕλλησι“ hic non exsistent. Postrema verba „ἐφ' οἷς . . . ἀρετάς“ plane discrepant a verbis Olynthiaca III, sed vix quisquam dicere potest, his minus bene quam illis rem explicari. Adhortatio autem, quae in his verbis occurrit, a Demosthene in epilogo (§ 35) orationis de Rhodiorum libertate habitae iam usurpata est, quamquam hic quoque singula mutata sunt; in oratione, quam tractamus, legis στῆσαι, in illa ἀναθεῖναι, hic utitur orator prima verbi persona, illic secunda. Neque miror, quod saepius talis locus apud Demosthenem legitur; recte enim Weilius l. c. p. 361 infra dicit: „On dirait, qu'une phrase saillante, expressive, gravée dans la mémoire de l'orateur, est revenue naturellement sur les lèvres, sans qu'il aît pour cela consulté son manuscrit“.

In paragraphis, quae sequuntur, res tantum, quas orator ex memoria Graeca affert, eadem sunt, sed in hac oratione aliter dispositae et ordinatae. In tertia Olynthiaca primum qualis majorum temporibus et in rebus publicis et in privatis civitatis status fuerit depingitur, tum qualis his temporibus sit, ei opponitur. In hac oratione primum agitur de rebus publicis, quales maiorum temporibus fuerint, quibus opponuntur eae, quae his temporibus inveniuntur, tum demum sese vertit ad res privatas inter se comparandas. Accedit, quod orator hic alias transitiones ponit, alia verba omisit, alia adiecit, ut duo loci, si totum verborum contextum contemplamur, inter se aliquantum discrepent. Itaque hic satis est, quae verba similitudine quadam insignia sunt, attulisse, quaeque mutata sunt, examinasse. Haec sunt in § 27: „ὄσσης ἅπαντες ὁρᾶτε ἐρημίαις ἐπιλητμυμένοι“, quae in eadem paragrapho Olynth. III denuo occurrunt. Est translatio ex usu forensi deprompta, cf. Weilium ad § 27 Olynth. III, quae eadem rerum condicione durante ab oratore repetitur. Deinde in § 28 Olynth. III legimus verba: „πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον“, quae hic orator ita mutat, ut interroget: „Ὅ πλείω μὲν ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνήλωται μάτην εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους“; Spengelius in his verbis haesit et in eo numero ducit, qui suspicionem movent, num oratio a Demosthene scripta sit. Sed ei ipsi loci, quos, ut haec verba interpretetur, annotat, multum valent ad rem bene explicandam. Priore, qui apud Aeschinem in orationis de falsa legatione habitae paragrapho 71 legitur, orator, cum de mercennariis verba facit, ita dicit: „χίλια δὲ καὶ πεντακόσια τάλαντα οὐκ εἰς στρατιώτας, ἀλλ' εἰς ἡγεμόνων ἀλαζονείας ἀνηλωθέναι Διτάρην τε καὶ Διτίπορον καὶ Πολυφόντην, ὁραπέτας ἀνθρώπους ἐκ τῆς Ἑλλάδος συνειλεγμένους“. Quid? si talia nomina mercennariis tum imponebantur, nonne putas eos, qui verba: „ἀνήλωται μάτην εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους“, audiebant, quid haec sibi vellent, perbene et facillime perspexisse? Alter autem locus, qui apud Demosthenem ipsum occurrit in § 31 orationis, quae inscribitur περὶ τῶν συμμοριῶν, propius etiam ad hanc mercennariorum significationem accedit; hoc enim modo ibi orator de mercennariis disputat: „ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι ἐπὶ μὲν Αἴγυπτον καὶ Ὀρόνταν καὶ τινὰς τῶν ἄλλων βαρβάρων πολλοὺς ἂν ἐθέλησαι τῶν Ἑλλήνων μισθοφορεῖν παρ' ἐκείνων, οὐχ ἴν' ἐκεῖνος ἔλη τινὰ τούτων, ἀλλ' ἴν' εὐπορίαν τινὰ ἕκαστος ἑαυτοῦ κτησάμενος ἀπαλλαγῆ τῆς ὑπαρχούσης πενίας“. Mea quidem sententia haec verba ab eodem oratore quo illa dicta esse facile intellegi potest. Coniectura autem, qua Cobetus hunc locum sanare vult, qui scribit

„εἰς τοὺς ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀποστόλους“ et ex re et ex verbis maxime displicet. Verborum, quae paulo post hic adiecta sunt: „οἷ τ' ἴδιοι πάντες οἴκοι τῆ πόλει καὶ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων“; prima „οἷ τ' ἴδιοι πάντες οἴκοι“ a Spengelio iure reprehenduntur, cum dicat intellegi ea non posse. Ut enim doctus ille homo, quo nemo accuratius perlegit, nemo melius recensuit Demosthenis opera, haud ignoravit vocabulum „οἴκος“ etiam aliis locis, ut in primae in Aphobum orationis paragrapho 64, non solum domum ipsam, sed etiam omnem rem familiarem significare, ita negavit, id quod vult Voemelius,¹⁾ idem egregius Demosthenis existimator, vocabulum „οἴκος“ usurpari posse de publicis possessionibus. Quae cum ita sint, aut lectio vulgata accipienda est, quae habet verba addita „καὶ τὰ κοινά“ — unde fit sensus amplificatione quadam dicendi insignis — aut coniectura est admittenda, quam Weilius repperit, sed non verbis inseruit, quamquam optima est; coniecit enim „πόροι“ pro „οἴκοι“ legendum esse. In eadem paragrapho, verba, quae sequuntur: „οὗς ὁ ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα, οὗτοι νῦν ἐν τῇ εἰρήνῃ ἀπολώλασιν“, similia Olynthiacae tertiae verbis sunt. A. Schaeferus in annotatione prima p. 92 l. all. falso vocabulum „νῦν“ pro verbis Olynthiacae III „εἰρήνης οὐσίας“ a declamatore posita esse vult, nam hanc particulam temporis ad nullum aliud tempus nisi ad annum 355 referri posse, cum bellum in socios ab Atheniensibus gestum componeretur. Quod cum statuit, non animadvertit, has particulas temporis et „νῦν“ et „πρώτην“ significatione satis lata et indefinita a Demosthene usurpari. Conferas velim praeter Weili ad hunc locum annotationem etiam Boehneckium l. all. p. 252 annot. 2, qui ex oratione XXIII, § 191 locum affert, ubi orator expeditionem in Euboeam sex annis ante factam verbis „τὰ τελευταῖα νυνί“ significat. Paragraphus 28 ad paragraphum 25 Olynthiacae III et paragraphum 207 Aristocrateae propius accedit, sed primum transitio plane alia est. In hac oratione legis: „ἀλλὰ νῆ Δία ταῦτα μόνον τότε εἶχε βέλτιον ἢ νῦν, τὰ δ' ἄλλα χειρῶν. Πολλοῦ γὰρ καὶ δεῖ, ἀλλ' ἔ, τι βούλεσθ' ἐξετάσωμεν“, quae non minus apte se habet, quam transitio Olynthiacae III: „ἐπὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλληνικῶν ἦσαν τοιοῦτοι. ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὴν πόλιν αὐτὴν θεάσασθε, ὅποιοι ἔν τε τοῖς κοινοῖς καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις“ et Aristocrateae: „καὶ γὰρ τοὶ τότε τὰ μὲν τῆς πόλεως ἦν εὐπορα καὶ λαμπρὰ δημοσίᾳ, ἰδίᾳ δ' οὐδεὶς ὑπερεῖχε τῶν πολλῶν“. Pro verbis, in quibus Spengelius offendit „ὅτι βούλεσθε“, legimus cum Weilio „ἔ, τι βούλεσθε“, nam orator eis exprimit, quocumque Athenienses oculos vertant, omnia in re publica in peius mutata esse. Locus ipse multis additamentis exornatus est in hac oratione; quae qualia quamque bene ad rem dicta sint, ut satis appareat, tres locos ante oculos poni opus est.

XXIII, § 207:

τὰ δὲ τῆς πόλεως οἰκοδομήματα καὶ κατασκευάσματα τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων ὑπερβολὴν λελεῖσθαι, προπύλαια ταῦτα, νεώσοικοι, στοαί, Παι-

XIII, § 28:

οἰκοδομήματα μὲν γὰρ καὶ κόσμον τῆς πόλεως, ἱερῶν καὶ λιμένων καὶ τῶν ἀκολούθων τούτοις, τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον κατέλιπον ἑκείνοι, ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνο-

III, § 25:

δημοσίᾳ μὲν τοίνυν οἰκοδομήματα καὶ κάλλι, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατασκευάζαν ἡμῖν ἱερῶν καὶ τῶν ἐν τούτοις ἀναθημάτων ὥστε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων ὑπερβολὴν λελεῖσθαι.

¹⁾ cf. in editione. quae inscribitur contiones Demosthenis.

ρειεύς, τᾶλλα, οἷς κατεσκευ-
ασμένην ὀράτε τὴν πόλιν.

μένων ὑπερβολὴν λειψῆθαι,
προπόλαια ταῦτα, νεώσοικοι,
στοαί, τᾶλλα, οἷς ἐκεῖνοι κοσ-
μήσαντες τὴν πόλιν ἡμῖν
παρέδωκαν.

Postrema verba „προπόλαια . . . παρέδωκαν“, quamquam singula mutata sunt, etiam in § 76 orationis contra Androtonem et in § 184 orationis contra Timocratem habitae leguntur. Quintum igitur eadem res similibus verbis a Demosthene affertur, qua re nos recte de locis repetitis supra iudicasse mirum in modum demonstratur.

Idem est de paragrapho 29 statuendum, quae et in Olynthiaca III et in Aristocratea occurrit. Supersedere autem nos putamus hic tres locos ascribere, nam paululum orator verba mutavit et variavit. Digna sola sunt, quae non neglegamus, clarorum virorum nomina, quae, ut maiorum simplicitatem et modestiam exemplis illustret, orator affert. Quae cum tribus locis alia sint, -- nominat in Aristocratea Themistoclem et Miltiadem, in Olynthiaca III Aristidem et Miltiadem, in oratione, de qua agimus, Themistoclem et Cimonem et Aristidem — in ea optime cadit, quod Blassius l. coll. p. 76 de his repetitis locis exponit: „das einmal Entworfenene wurde vor dem Gebrauche immer wieder durchgesehen und entweder ausgefeilt oder auch vermehrt und erweitert“. Quodsi A. Schaefero l. c. p. 93 nomen Cimonis, qui divitiis et liberalitate insignis erat — cf. vitam eius a Plutarcho et Nepote depictam — a rhetore in hunc numerum inepte relatum esse videtur, iam Weilius recte censuit, etiamsi Cimon liberalis et dives fuisset, tamen domum eius simplicissimam esse potuisse.

Melius etiam elucet stilus poliens et emendans summi oratoris, non sedulitas et inertia declamatoris in paragrapho, quae sequitur et ipsa quoque ad Aristocrateae et Olynthiaca III verba proxime accedit. Iam compara:

XXIII, § 208:

νῦν δ' ἰδίᾳ μὲν ἐκάστω τῶν
τὰ κοινὰ πραττόντων τοσαύτη
περιουσία ἐστὶν ὥστε τινὲς μὲν
αὐτῶν πολλῶν δημοσίων οἰ-
κοδομημάτων σεμνοτέρας τὰς
ἰδίᾳς κατεσκευάσασιν οἰκίας,
γῆν δὲ ἔνιοι πλείω πάντων
ὑμῶν τῶν ἐν τῇ δικαστηρίῳ
συνεώνηται· δημοσίᾳ δ' ὑμεῖς
ἂ μὲν οἰκοδομεῖτε καὶ κοιναῖτε,
ὥς μικρὰ καὶ γλίσχρα αἰσχύνη
λέγειν et paulo infra § 209:
νῦν δὲ οἱ μὲν τὰ κοινὰ διοι-

§ 30 huius orationis:

Νῦν δ', ὧ ἄνδρες Ἀθη-
ναῖοι, δημοσίᾳ μὲν ἡ πόλις ἡμῶν
τὰς ὁδοὺς ἀγαπᾷ κατασκευά-
ζουσα καὶ κρήνας καὶ κοινα-
ματα καὶ λήρους (καὶ οὐ τοῖς
εἰσηγησαμένοις ταῦτ' ἐπιτιμῶ,
πολλοῦ γε καὶ δέω, ἀλλ' ὑμῖν
εἰ ταῦθ' ἱκανὰ ὑμῖν αὐτοῖς
ὑπολάμβανεν εἶναι), ἰδίᾳ δ'
οἱ τῶν κοινῶν ἐπὶ τῷ γεγενη-
μένοι οἱ μὲν τῶν δημοσίων
οἰκοδομημάτων σεμνοτέρας τὰς
ἰδίᾳς οἰκίας κατεσκευάκα-

§ 29 Olynthiaca III:

ἀλλ' ὧ τᾶν, εἰ ταῦτα
φάυλως, τὰ γ' ἐν αὐτῇ τῇ πο-
λει νῦν ἄμεινον ἔχει. καὶ τί
ἂν εἰπεῖν τις ἔχοι; τὰς ἐπάλ-
ξεις, ἂς κοινοῦμεν, καὶ τὰς ὁδοὺς,
ἂς ἐπισκευάζομεν καὶ κρήνας
καὶ λήρους; ἀποβλέψατε δὴ
πρὸς τοὺς ταῦτα πολιτευομέ-
νους, ὧν οἱ μὲν ἐκ πτωχῶν
πλοῦσοι γεγόνασιν, οἱ δ' ἐξ
ἀδύλων ἔντιμοι, ἔνιοι δὲ τὰς
ἰδίᾳς οἰκίας τῶν δημοσίων οἰ-
κοδομημάτων σεμνοτέρας εἰσι

κοῦντες· ἐκ πτωχῶν εὐποροὶ καὶ
πολλοῦ χρόνου τροφὴν ἄφθονον
εἶσιν ἰσομαθεῖνοι.

σεν, οὐ μόνον τῶν πολλῶν
ὑπερηφανωτέρως, οἱ δὲ γῆν
συνειωνημένοι γεωργούσιν, ὅσῃν
οὐδ' ὄναρ ἤλπιζαν πώποτε.

κατεσκευασμένοι, ὅσῃν δὲ τὰ
τῆς πόλεως ἐλάττω γιγόνε.
τοιοῦται τὰ τούτων γυῖται.

Juxta composui hos locos, quos si quis attente iunctim atque alternis recensuerit, non dubito quin sibi persuasurus sit, eos non brevi manu — sit verbo venia! — transcriptos, sed ita compositos esse, ut orator schedis vix inspectis easdem sententias, quae eius erant quasi oratoria supellex simili modo tractaret. Quae autem in hac oratione mutata et addita sunt, ita non declamatoris esse videntur, ut summam et argumentandi et dicendi vim habeant. Quid? ut bonam illam structuram „ἀγαπᾷ κατασκευάζουσα καὶ κρίνας καὶ κοινήματα καὶ λήρους“ silentio praeternittam, num parenthesin illam „καὶ οὐ τοῖς εἰσθηγασμένοις . . . ὑπολαμβάνει εἶναι“, quae in hac tantum oratione occurrit, a falsario inventam esse putas? Immo vero Demosthenes ipse optime haec verba addidit, ut prohiberet, ne Eubuli asseclae, qui re vera de urbe exornanda bene meriti erant, his rebus gloriarentur. Simulque, id quod item ex usu Demosthenis est, quem tam egregie a declamatore imitando effictum esse, vix concesserim, plebem libere reprehendit, quod his artibus ab oratoribus inescatur et ab gravioribus rebus deducitur. Quam bene haec sententia in oratione locum habeat, eo quoque intelligitur, quod in epilogo repetitur. Si postremo verba „ὅσῃν οὐδ' ὄναρ ἤλπιζαν“ in orationis de falsa legatione habitae paragrapho 275 iterum usurpantur, quod Dobraeus monet, id mirum esse non potest. Est translatio apud veteres tam saepe posita, quam nos dicere solemus „es sich nicht träumen lassen“.

Venimus ad postremam huius loci paragraphum, qua quibus causis status rei publicae ita depravatus sit, orator exponit. Idem fit paragraphis 30 et 31 Olynthiacae tertiae. Quamquam magnam inter hos duos locos similitudinem intercedere negari non potest, tamen primo iam conspectu — quamobrem hos locos ante oculos non posuimus — apparet, verba in oratione, quam tractamus, multo concinniora et breviora esse. Quae sunt addita in altera oratione, illud „τὸ μὲν πρότερον στρατεύεσθαι τολμῶν“ et verba „ἐὰν μεταδιώσῃ . . . προσοφείλετε“ tam egregie composita sunt, ut non ab eodem declamatore — ut alii volunt — quem paulo supra verba aptissime adiecissemus vidimus, consulto omissa, sed a Demosthene, cum postea locum retractaret, amplificandi causa inserta esse videantur. Nam hanc orationem ante Olynthiacam tertiam habitam esse, si de tempore agemus, demonstrabimus. Etiam id monuisse velim, quam bene verbis postremis, quae in hac oratione leguntur: „καὶ ὑμεῖς ἀγαπᾶθ', ἃ ἂν οὗτοι μεταδιώσῃ λαμβάνοντες“ orator redeat ad rem sibi propositam, ad Eubulum sociosque impugnandos. Optime enim animum revocant ad verba in fine § 20 posita: „οἱ δ' ἄλλοι μάρτυρες τῆς τούτων εὐδαιμονίας καθύστε τῆς καθ' ἡμέραν ῥαθυμίας πολλῆν καὶ μεγάλην ὑπάρχουσαν ὑμῖν εὐδαιμονίαν τούτοις προίεμενοι“.

Ne multus sim! Fore ut peritiores sibi persuadeant spero, ne hunc quidem alterum locum § 21--31, in quibus majores repetitionis inveniuntur, esse talem, qualis a Demosthene scribi non potuerit. In hanc quoque rem, de qua agimus, quadrat iudicium critici cuiusdam, quod in Zarneckii actorum litterarum opusculo 38 anni 1888 fert de Swobodae libro de Demosthenis prooemiis: „Swoboda wäre

zu demselben Schlusse der Echtheit gekommen, wenn nicht die alte Sitte des Philologen, von der wir erst allmählich uns loszureissen scheinen, ihn davon abgehalten hätte, die Sitte überall mit Verdacht heranzutreten, ob nicht Betrug vorliege, während doch einer der Fortschritte der Wissenschaft darin besteht, dass wir die thatsächliche Seltenheit solches Betrugens immer besser verstehen, statt aus mangelndem Verständniss zu verwerfen“.

Ad hos locos repetitos, qui maiorem ambitum verborum habent, accedunt alii, qui minore sunt ambitu. Quorum A. Schaeferus l. c. in annotatione 2 pag. 92 magnum numerum affert, sed haud scio an doctum illum hominem studio investigandi tales locos incensum effugerit his locis similes tantum res tractari, verba ipsa inter se valde differre. Quid? quod l. c. oratorem in prooemio scribendo, quod §§ 1—9 tractari falso putat, Demosthenis verba primum in Olynthiaca tertiae §§ 33—36, deinde Olynthiaca prima § 20, tertio Olynthiaca alterius § 28 prox., quarto Philippicae prima §§ 19—25, quinto § 8 orationis pro Rhodiorum libertate habitae imitatum esse dicit! Si eos locos omittimus, in quibus similitudo quaedam sententiarum, non verborum occurrit, pauci restant loci re vera repetiti. Quibus in enumerandis paragraphorum ordinem sequimur.

§ 2 verba: „εἰ μηδὲ τοὺς λόγους ἀκούειν ἐθέλετε“, similia sunt eis, quae in Philippicae quartae § 28 occurrunt: „μηδὲ τοῦτ' ἐθέλειν ἀκούειν“. Alteram harum orationum similitudinem, quae Spengelio l. c. memoratu digna visa est, legis in huius orationis paragrapho 34, ubi verba „τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν ἀγαπᾶν πράττοντας“ proxime accedunt ad Philippicae quartae § 72 verba: „τὰ αὐτῆς πράττειν“. Cum nihil amplius his orationibus commune sit, quas Schaeferus et Blassius ab eodem falsario compositas esse coniecerunt, suo iure iam Spengelius dubitat, num similitudo tanta sit, ut de eodem auctore cogitari possit. Verba § 17: „δεῖ γὰρ ἐν μὲν τοῖς ὄπλοις φοβερούς, ἐν δὲ τοῖς δικαστηρίοις φιλανθρωπούς εἶναι“, conferri quodam modo possunt cum verbis orationis VIII in paragrapho 33 „ἐχρῆν δὲ ὁ ἄνθρωπος Ἀθηναῖοι, . . . ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις πράους καὶ φιλανθρώπους ὑμᾶς ἐθέλειν εἶναι, . . . ἐν δὲ ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ πολέμου φοβερούς καὶ χालεπούς ἐπιδεικνύναι“, quamquam multum abest, ut verum sit, quod A. Schaeferus dicit, ea esse transcripta. Item Dobraeus l. c. putat, rhetorem adiectivum illud „φιλόανθρωπος“, quod optime de contione dici possit, inepte de iudiciis usurpasse, sed hoc iam Weilius ab eo dissentit, cum exponat, qualis tota rerum et sententiarum series sit, bene hoc loco verbum legi. Quid vero iudicas, si A. Schaeferus propterea, quod structura § 19: τὰς ἐπιλόδας ὑποτεινῶν et paulo post κληρονομήσειν αὐτὸς τῶν ὑμετέρων ἀγαθῶν iterum occurrunt in § 14 et § 210 Aristocrateae, hunc totum locum esse ex Aristocrateae depromptum contendit! Contra inter verba § 20: „καὶ πρότερον μὲν κατὰ συμμορίας εἰσεφέρετε, νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. Πῆτωρ ἡγεμών, καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ, καὶ οἱ βοηθόμενοι μεθ' ἑκατέρων τριακῶσι, οἱ δ' ἄλλοι προσενέμεσθε, οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δ' ὡς ἐκείνους“, et quae leguntur in § 29 Olynthiaca II, intercedit similitudo, quae non fortuito facta est, sed orator hic quoque opera data verba repetit, quibus res, quam tractat, egregie explanatur. Hoc quoque modo verbum περίεστι, quod duobus locis usurpari Weilius vidit, ex altero locum in alterum irrepsisse videtur. Postremo in verbis, quae sequuntur: „ὁ δεῖνα χάλκοις καὶ ὁ δεῖν' εὐδαίμων, εἰς ἣ ὄνο, ὑπὲρ τὴν πόλιν, οἱ δ' ἄλλοι μάρτυρες τῆς τούτων εὐδαιμονίας κάθησθε, τῆς καθ' ἡμέραν ῥαθυμίας πολλὴν καὶ μεγάλην ὑπάρχουσαν ὑμῖν εὐδαι-

μονίαν τούτοις προίεμενοι“, non tam similitudo verborum quam sententiarum inesse videtur, si locum cum simili Prooemii 55 et paragraphi 210 Aristocrateae conferimus. Parvus igitur, si recte se habent, quae disseruimus, est numerus repetitionum, quae sunt minore ambitu verborum neque A. Schaeferi iudicio assentiri possumus, qui haec dicit: „doch haben auch die übrigen olynthischen Reden, die Reden über die Angelegenheiten des Chersones, über die Freiheit der Rhodier und wider Androtion mit herhalten müssen“.

Iam iam finis huic capiti est imponendus. Postquam supra vidimus orationem Demosthenica arte esse dispositam neque argumentum dignum, quod reprehendatur, nunc exposuimus ne ex repetitis quidem locis, quales sint, orationem a falsario compositam esse colligi posse. Priusquam autem hanc quaestionis partem absolvimus, una res, quae videtur esse magni momenti, commemoranda est. Quid? forte factum esse putas, ut loci qui repetuntur, omnes exceptis tantum verbis § 17: „δαί γάρ φιλανθρώπους εἶναι“, quae similitudinem non magnam cum verbis § 33 orationis octavae habent, deprompti sint ex orationibus, quas Demosthenes certis quibusdam annis usque ad primam cum Philippo pacem habuit? Blassius, quem haec mira res non fugit, ita explicare studet, ut haec dicat: „dass aber die Berührungen sich überhaupt fast durchweg auf die älteren Demegorien einschliesslich der olynthischen Reden beschränken, hat entweder darin seinen Grund, dass die benutzten Demosthenischen Stücke ähnlich der Prooemiensammlung aus jener Zeit stammten, oder darin, dass der Verfasser sein Machwerk in die Zeiten vor den philippischen Reden zurückverlegte“. At priore causa a Blassio in medium prolata, nisi fallor, sententiae, quam nos probare studuimus, magna fides datur. Nam si res vera, quod mihi persuasum est, tales loci communes, quales sunt de maiorum praeclaris temporibus, de rei publicae opibus deminutis, similes, iam confecti ad usum summo oratori praesto erant, nonne multo magis verisimile est, eum ipsum saepius hos usurpasse, quam declamatorem aut falsarium, qui nihil antiquius haberet, quam ut non in compilando deprehenderetur? Altera autem causa, qua hanc rem insignem interpretari vult, non magis mihi probata est. Dubito enim, falsariusne fuerit tanta sollertia, ut temporum quoque orationum, quas compilabat, rationem accurate haberet. Restat, ut dicamus de orationis tempore et elocutione, quam Demosthenicam esse etiam Blassius et Weilius concedunt, sed de his rebus

„alio die“.

I. Allgemeine Lehrverfassung.

1. Übersicht über die einzelnen Lehrgegenstände und die für jeden derselben bestimmte Stundenzahl.

	A. Gymnasium												B. Realprogymnasium				C. Vorschule																						
	O. I.	U. I.	O. II.	U. II.	O. III.	U. III.	IVa.	IVb.	Va.	Vb.	VI.	Sa.	O. II.	U. II.	O. III.	U. III.	Sa.	1	2.	Sa.																			
1. Religion . . .	2		2	2	2	2	2	2	2	2	3	15	2	2	2	2	4	4																					
2. Deutsch . . .	3		2	2	2	2	2	2	2	2	3	20	2	2	2	3	6	6																					
3. Lateinisch . .	8		8	8	9	9	9	9	9	9	9	87	9	9	9	6	11																						
4. Griechisch . .	6		7	7	7	7	7	7	7	7	7	34	7	7	7	6																							
5. Französisch .	2		2	2	2	2	2	2	2	2	2	26	2	2	2	4	12																						
6. Englisch . . .	2		2	2	2	2	2	2	2	2	2	4	2	2	2	4	11																						
7. Hebräisch . .	2*		2*	2*	—	—	—	—	—	—	—	4*	—	—	—	—	—																						
8. Geschichte und Geographie . .	3		3	3	3	3	3	3	3	3	3	24	3	3	3	4	7		1 Hei- matsk.		1																		
9. Rechnen und Mathematik . .	4		4	4	4	4	4	4	4	4	4	38	4	4	4	5	15	5	5	5	10																		
10. Natur- beschreibung	—		—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—																		
11. Physik . . .	2		2	2	2	2	2	2	2	2	2	10	2	2	2	2	4	4	—	—	—																		
12. Chemie . . .	—		—	—	—	—	—	—	—	—	—	4	—	—	—	—	3	3	—	—	—																		
13. Schreiben . .	—		—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—																		
14. Zeichnen . .	—		—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—																		
15. Anschauungs- übung . . .	—		—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—																		
16. Singen . . .	—		—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—																		
	Chor																																						
	1																																						
											Abteilung I																												
											1																												
											Abteilung II																												
											1																												
17. Turnen . . .	2		2	2	2	2	2	2	2	2	2	10	2	2	2	2	2	2	2	2	1																		

*) fakultativ. **) mit G. I. und II., ***) mit G. III.—V. kombiniert.

2. Verteilung des

Lehrer	Grades	A. Gymnasium					
		I	O. II	U. II	O. III	U. III	IVa.
Dr. Bierke. 1. Lehrer	I	3 Deutsch 2 Griechisch	2 Latein				
Prof. Dr. Schickwin. 1. Lehrer		5 Latein 2 Hebräisch	2 Deutsch, 2 Gr., 2 Latein, 2 Gr.	2 Hebräisch			
Förcke. 1. Lehrer		4 Mathematik 2 Physik	4 Mathematik 2 Physik				
Sörger. 1. Lehrer	R. 2	2 Religion	2 Religion				
Dr. Winkel. 1. Lehrer	II	3 Geschichte	2 Lat., 2 Gr., 2 Griechisch	3 Geschichte u. Geographie			
Ohlendorf. 1. ordentl. Lehrer	R. 3						4 Mathematik und Rechnen
Dr. Kummer. 1. ordentl. Lehrer		2 Französisch 2 Englisch	2 Französisch, 2 Englisch	2 Französisch	2 Französisch		
Walther. 1. ordentl. Lehrer	IIIa		2 Deutsch 4 Latein	7 Latein 7 Griechisch			
Dr. Trübner. 1. ordentl. Lehrer	IIIb			2 Deutsch 2 Geschichte	2 Deutsch 2 Geschichte Lat., 7 Gr.		
Aurbach. 1. ordentl. Lehrer	IVa			2 Religion 2 Latein	2 Religion 2 Latein	2 Deutsch 9 Lat., 5 Franz.	
Sörger. 1. wissensch. Hilfslehrer	IVb						2 Tr.
Schmidt.* 2. wissensch. Hilfslehrer	Vb			3 Mathematik 4 Mathematik	1 Geographie 2 Naturgesch.	3 Mathematik	
Stöfers.** 1. wissensch. Hilfslehrer	Va						2 Geographie
Corsenn. 1. Insp. am Erziehungs- des Klosters Leunau							
Wolf. 2. Insp. am Erziehungs- des Klosters Leunau							
Lange. Privatlehrer						(2 Naturb.)	
Jörden. 1. Elementarlehrer	I. VrkL						
Rode. 2. Elementarlehrer	VI					1 Geographie 2 Naturgesch.	
Tönnies. 1. Elementarlehrer	2. VrkL						2 Religion.
Trau.*** Zeichner			2 Zeichnen (fakultativ)				2 Zeichnen
Summa		32 und 4 fakultativ	11 und 4 fakultativ 21	30 und 2 fakultativ 21	30 und 2 fakultativ	30 und 2 fakultativ	22

* Beurlaubt im Sommer vertreten durch den Kand. des höheren Schulamts Reinbeck, im Winter durch den Ka

h Klassen und Lehrern.

			B. Realprogymnasium				C. Vorschule		Summa der wöchentl. Stunden
Va.	Vb.	VI.	O. 2.	U. 2.	O. 3.	U. 3.	1. Kl.	2. Kl.	
									11
									20
			2 Chemie						22
			5 Mathematik, 3 Physik						22
			2 Relig., 3 Deutsch, 5 Latein, 3 Geschichte und Geographie	3 Deutsch, 2 Geschichte					22 (und 4 Turnst. in I.—G. III.)
									22
				2 Religion, 2 Geographie, 5 Mathematik, 5 Mathematik					22 (und 4 Singst.)
			4 Französisch, 3 Englisch	4 Englisch					23
									22
									22
									24
			4 Französisch						24 (und 2 Turnst. in R. 3.)
			9 Latein	2 Naturbesch.					24
			2 Deutsch, Latein		6 Latein				23
					4 Französisch, 4 Englisch				12
			3 Deutsch, 9 Latein						12
				3 Physik					7
			3 Geographie, 2 Schreiben, 2 Schreiben				5 Rech., 1 Heilmatsk., 3 Sch., 2 1/2 Turnen	5 Rechnen	24
			Rechnen, 4 Rechnen, Naturbesch., 1 Geschichte	3 Rel., 4 Rech., 2 Naturbesch.		2 Naturbeschreibung			25 (und 4 Turnst. in V. und VI.)
			2 Religion				4 Religion, 6 Deutsch	2 Anschübgn., 7 Les. u. Schr.	25 (und 2 Singst. in VI.)
			Zeichnen, 2 Zeichnen	2 Zeichnen	2 Zeichnen†	2 Zeichnen†			18
			19	11	19	28	2	30	2
							15	17	15
							16	6	12

damts Dr. Kirchner. **) Bis Weihnachten Dr. Langlotz. ***) Bis Michaelis Niebour. †) Bis Michaelis ungetrennt.

3. Übersicht über die während des abgelaufenen Schuljahres absolvierten Pensa.

A. Gymnasium.

Prima. Ordinarius: Direktor Dr. Dörries.

1. *Religion.* Kirchengeschichte von der Reformation an; Glaubenslehre im Anschluss an die Lektüre der Confessio Augustana. Petris Lehrbuch der Religion. 2 St. Görjes. — 2. *Deutsch.* Literaturgeschichte: Herder, Göthe, Schiller. Lektüre: Schillers Wallenstein, Göthes Iphigenie, Stücke aus Lessings Laokoon, Shakespeares Macbeth. Freie Vorträge. 7 Aufsätze: 1. „Woran scheitern die Pläne Marinellis in Lessings Emilia Galotti?“ 2. „Erquickung hast Du nicht gewonnen, wenn sie Dir nicht aus eigener Seele quillt.“ 3. „Mit welchen Gründen sucht die Gräfin Terzky im ersten Aufzuge von „Wallensteins Tod“ den Helden der Tragödie zum Abfall vom Kaiser zu bewegen?“ (Klassenaufsatz.) 4. „Welche Gesichtspunkte kamen für die Athener in Betracht bei der Entscheidung über die Bitte der Kerkyräer um Aufnahme in den attischen Bund?“ (Nach Thukydides I). 5. „Inwiefern ist der Übel grösstes die Schuld?“ 6. „Die Vorfabel in Sophokles' Philoktet.“ 7. „Der Seelenkampf Iphigenies und der Sieg der Wahrheit im 4. und 5. Aufzuge von Göthes Iphigenie auf Tauris.“ (Klassenaufsatz). Abiturientenprüfung Ostern 1889: „In welchen Stufen steigt die Handlung des Sophokleischen Philoktet bis zu ihrem Höhepunkte auf?“ 3 St. Dörries. — 3. *Lateinisch.* Cicero de off. I. I.; or. pro Sestio; Tacit. Hist. I. IV; priv. wöchentl. 2—3 Kapitel Liv. aus I. XXV. XXVI. Bergers lat. Stilist. § 12—180. Wöchentlich ein Exercitium nach Stüpfle III oder ein Extemporale. 8 Aufsätze: 1. *Taciteum illud quod invenitur in Agr. c. 41* „pessimum inimicorum genus laudantes“ quid sibi velit? 2. Cicero de iustitiae virtute exercenda quae et qualia tradat? (de off. I, § 20—60). 3. (Klassenaufsatz): Hannibal Tarento urbe quomodo potitus sit, deinde arcem eius urbis quomodo tentaverit? 4. De Callicratida Lacedaemonio iustum a Cicerone (de off. I, 84) iudicium ferri. 5. Cicero quae se accepisse dicit (de off. I, § 50 f.) de artificibus et quaestibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint, qualia ex nostrorum temporum sensu videantur? 6. (Klassenaufsatz): Probrone Ciceroni sit vertendum, quod infestae illi Clodianae rogationi cedens in exilium profectus est? 7. Dulce et decorum est pro patria mori. 8. In Batavorum adversus pop. Romanum rebellione quae rerum vicissitudines maxime memorabiles exstiterint? (nach Tac. Hist. I. IV). Abiturientenprüfung Ostern 1889: Interitus Cn. et P. Scipionum in Hispania cum magna parte exercitus occisorum enarretur, resque Romana tum a L. Marcio, equite Romano, in Hispania restituta adumbretur. Horat. od. lib. II. III; Ars poetica. 8 St. Schneidewin. — 4. *Griechisch.* Thukyd. I.—c. 50; Plato, Apologie. Criton.; Hom. II. III—IX inclusive; Soph. Philoktet. Syntax der Modi des Verbums repetiert nach Koch, griech. Schulgrammatik; alle 14 Tage ein Exercitium aus der Aufgabensammlung von Wendt und Schnelle oder ein Extemporale; zweimal eine schriftliche Übersetzung aus dem Griechischen. 6 St. Dörries. — 5. *Französisch.* Molière, les femmes savantes.

Voltaire, Siècle de Louis XIV, II: Teil. Alle 3 Wochen ein Extemporale, im Anschluss daran syntaktische Repetitionen. 2 St. Kummer. — 6. *Englisch*. Macaulay, Lord Clive. Shakespeare, Henry V. 2 St. Kummer. — 7. *Hebräisch* (fakultativ). Repetition der Verballehre. Nominallehre. Lektüre aus der Genesis und ausgewählte Psalmen. 2 St. Schneidewin. — 8. *Geschichte und Geographie*. Geschichte der neueren und neuesten Zeit bis 1870 nach Herbst, histor. Hilfsbuch. Repetitionen aus dem früheren geschichtlichen und geographischen Pensum. 3 St. Windel. — 9. *Mathematik*. Aehnlichkeitslehre, rechnende Geometrie. Potenzen, Wurzeln, Logarithmen; quadratische Gleichungen; Progressionen, Zinseszins- und Rentenrechnung. Alle 14 Tage eine schriftliche Arbeit. 4 St. Foreke. Aufgaben für die Abiturientenprüfung, Ostern 1889: 1. Zwei Zahlen betragen zusammen 200; die Quadratwurzel aus der ersten Zahl macht mit der zweiten Zahl 44 aus. Welche sind die Zahlen? 2. Ein gegebenes Quadrat soll in ein gleichseitiges Dreieck verwandelt werden. Es soll ferner die Seite des Dreiecks durch die des Quadrats ausgedrückt werden. 3. Zwei Seiten eines Parallelogramms betragen 18,5 cm und 24,4 cm, die Fläche 355 qcm; gesucht wird die grösste Diagonale. 4. Ein gerader Kegelstumpf aus Messing ist 50 cm hoch, der Radius der einen Grundfläche beträgt 10 cm, das Gewicht des Kegelstumpfes 80 kg. Wie gross ist der Radius der anderen Grundfläche, wenn das spezifische Gewicht des Messings 8 ist? — 10. *Physik*. Mechanik der festen, flüssigen und luftförmigen Körper, mathematische Geographie nach Koppe, Lehrbuch der Physik. 2 St. Foreke.

Gymnasial-Sekunda. Ordinarius: Oberlehrer Dr. Windel.

1. *Religion*. Die Bücher des alten Testaments mit besonderer Berücksichtigung der Propheten; neutestamentliche Zeitgeschichte und Leben Jesu mit Lektüre aus den Synoptikern; das Kirchenjahr. Petris Lehrbuch der Religion. 2 St. Görge. — 2. *Deutsch*. a. Obersekunda: Übersicht des Nibelungenliedes. Ausgew. Gedichte von Göthe und Schiller. Schillers Jungfrau von Orleans. Vorträge, Deklamationen. 8 Aufsätze: 1. Über den Nutzen und Schaden des Lesens. 2. Stimmt das Hauptthema der Odyssee mit der Anforderung des Aristoteles an das Epos, dass dasselbe ein μέγα καὶ σπουδαῖον πρᾶγμα zum wesentlichen Inhalt haben soll, überein? 3. Freie Tage. 4. Eine Charakteristik des Hagen im Nibelungenliede. 5. Wie ehren wir das Andenken grosser Männer am besten? 6. Welchen Wert hat für den Menschen die Hoffnung? (Klausuraufsatz). 7. Der Gedankengang in Schillers Spaziergang. 8. Welcher Umschwung in der Lage Frankreichs tritt im ersten Akte der Schillerschen Jungfrau von Orleans ein, und wie ist derselbe zu erklären? 2 St. Schneidewin. b. Untersekunda: Das Nibelungenlied in ausgewählten Gesängen. Ausgewählte Gedichte Schillers. Schillers Tell. Vorträge, Deklamationen. 8 Aufsätze: 1. Wahrheitsliebe ist dem Menschen heilige Pflicht: woher kommt es, dass dennoch so häufig dagegen gesündigt wird? 2. Die verschiedenen Arten des Muts. 3. Das Meer ein Freund und Feind des Menschen. 4. Durch welche Züge gewinnt Rüdiger unsere volle Sympathie? (Klausuraufsatz). 5. Sind die dem Cicero gemachten Vorwürfe zu grosser Härte und zu grosser Milde im Catilinar. Prozesse gerechtfertigt? 6. „Der Alpenjäger“ von Schiller und „Der wilde Jäger“ von Bürger. 7. Das Reisen ein unschätzbare Bildungsmittel. 8. Doch mit des Geschickes Mächten ist kein ewiger Bund zu fichten, — Und das Unglück schreitet schnell. (Klausuraufsatz). 2 St. Walther. — 3. *Lateinisch*. a. Obersekunda: Cic. pro Ligario und pro rege Deiotaro. Livius XXII. Repetition und erweiternder Abschluss der Syntax; Durchnahme der §§ 125—128, 202—233, 343—350 von Ellendt-

Seyffert; das Hauptsächlichste aus der Wort- und Satzstellung, der Synonymik und der Technik des lateinischen Aufsatzes. Wöchentlich ein Exercitium aus Stüpfle II oder ein Extemporale. 4 Aufsätze: 1. Enarratur Herodoto auctore illa Ionum a Persis defectio. 2. Herodotus quid de Philaidarum genere memoriae tradiderit. 3. P. C. Scipio Africanus maior quibus rebus gestis bene de re publica mernerit. 4. „Unus homo nobis cunctando restituit rom“. 6 St. Windel. Vergil. Aen. III. und IV. 2 St. Dörries. b. Untersekunda: Cic. in Catilinam; Sallust. de bello Ingurthino. Repetition und Erweiterung der Syntax nach Ellendt-Seyffert. Wöchentl. ein Exercitium aus Stüpfle II oder ein Extemporale. 6 St. Walther. Vergil. Aen. III. IV. 2 St. Schneidewin. — 4. *Griechisch*. a. Obersekunda: Herodot VI und VII in Auswahl. Lysiae orat. XIII (§§ 1--48), XVI, XXIII, XXIV, XXX, XXXII. 3 St. Windel. Homeri Odyssea I—VII. IX—XII. 2 St. Schneidewin. Tempus- und Moduslehre. Infinitiv und Participium nach Koch griech. Grammatik. Wöchentl. ein Exercitium oder ein Extemporale. Formenextemporalien. 2 St. Windel. b. Untersekunda: Xenoph. Hellenica lib. III und IV mit Auswahl. Herodot lib. I mit Auswahl. 3 St. Windel. Homeri Odys. IX—XII. V. 2 St. Schneidewin. Lehre von den Pronomen, Kasus, Tempuslehre nach Kochs griech. Grammatik. Wöchentlich ein Exercitium oder ein Extemporale. Formenextemporalien. 2 St. Windel. — 5. *Französisch*. Daudet, contes choisis. Thiers, expédition d'Égypte. Knebels Schulgrammatik: Infinitiv, Particip, Inversion, Artikel, Adjectiv. Repetition der Tempus- und Moduslehre. Alle 14 Tage ein Exercitium oder ein Extemporale. 2 St. Kummer. — 6. *Hebräisch* (fakultativ). Elementarlehre und Verballehre nach Seffers Elementarbuch. 2 St. Schneidewin. — 7. *Englisch*. Schmidt, Elementargrammatik der engl. Sprache, untere Abt. Lekt. 1—14, obere Abt. Lekt. 15—21. 2 St. Von Michaelis an 1 St.: Scott, Wallace and Bruce. Kummer. — 8. *Geschichte und Geographie*. Römische Geschichte und Geographie nach Herbst, histor. Hülfbuch. Geographische Repetitionen. 3 St. Windel. — 9. *Mathematik*. a. Obersekunda: Aehnlichkeitslehre, einfache geometrische Berechnungen nach Kambly, Quadratische Gleichungen, Potenzen, Wurzeln. Gebrauch der Logarithmen-Tafeln nach Neumann, Lehrbuch der Arithmetik. Alle 14 Tage eine schriftliche Arbeit. 4 St. Foreke. b. Untersekunda: Flächenvergleichung, Aehnlichkeit der Dreiecke nach Kambly, §§ 82—153 mit Auswahl. Gleichungen mit mehreren Unbekannten, Potenzen, Wurzeln nach Neumann, Lehrbuch der Arithmetik. Aufgaben nach Heis, Aufgabensammlung. Alle 14 Tage eine schriftliche Arbeit. 4 St. Im Sommer Reinbeck, im Winter Kirchner. — 10. *Physik*. Allgemeine Eigenschaften der Körper: Magnetismus, Elektrizität. 2 St. Foreke.

Gymnasial-Obertertia. Ordinarius: Gymnasiallehrer *Walther*.

1. *Religion*. Die Bergpredigt und die Gleichnisse. Apostelgeschichte 1. Teil. Geschichte des Volkes Israel, zweite Hälfte. Repetition des kleinen Katechismus und von Gesängen und Bibelstellen. 2 St. Amrhein. — 2. *Deutsch*. Lektüre aus Hopf und Paulsiek (Band für Tertia); im letzten Quartal „Ludwig der Bayer“ von Uhland. Balladen von Schiller gelernt. Dispositionsübungen. Vorträge. 12 Aufsätze. 2 St. Tröbst. — 3. *Lateinisch*. Syntax nach Ellendt-Seyfferts

lateinischer Grammatik, wöchentlich ein Exercitium aus den lateinischen Stillübungen von Stipfle I oder ein Extemporale. Mündliche Übersetzungen aus der Anleitung zum Übersetzen von Ostermann I. Caesaris bellum Gallicum libr. III. IV. V. VI, 11—28. 7 St. Walther. Ovidii Metamorphoses Nr. 4, 7, 9, 11, 20 nach Siebelis. 2 St. Amrhein. -- 4. *Griechisch*. Die Formenlehre des attischen Dialektes nach Koch beendet. Wöchentlich ein Extemporale oder ein Exercitium. Im Sommer 4 St., im Winter 3 St. Xenoph. Anab. III. IV, im Sommer 3 St., im Winter 4 St. Walther. -- 5. *Französisch*. Knebel, Schulgrammatik, §§ 85—93. Repetition der unregelmässigen Verba. Lektüre: Michaud, Siège d'Antioche. Alle 14 Tage ein Exercitium oder ein Extemporale. 2 St. Kummer. -- 6. *Geschichte*. Deutsche Geschichte vom Augsburger Religionsfrieden bis 1871. Nach Köperts Geschichts-Kursus. 2 St. Tröbst. -- 7. *Geographie*. Physikalische und politische Geographie von Nord- und Süddeutschland. Daniels Leitfaden. 1 St. Im Sommer Reinbeck, im Winter Kirchner. -- 8. *Mathematik*. Planimetrie. Repetitionen. Kreislehre. Flächenvergleichung. Kambly, §§ 82—120. Arithmetik. Repetition Neumann, §§ 1—25. Die 4 Spezies mit absoluten algebraischen Zahlen. Proportionen. Neumann, §§ 26—33. Einfache Gleichungen ersten Grades mit einer Unbekannten. Aufgaben nach Heis, Aufgabensammlung. 3 St. Alle 14 Tage eine Arbeit. Im Sommer Reinbeck, im Winter Kirchner. -- 9. *Naturbeschreibung*. Im Sommer: Botanik. Morphologie. Bestimmen und Beschreiben von Pflanzen. Im Winter: Der Mensch. Zoologie. Säugetiere. Mineralogie. Nach Lemnis. 2 St. Im Sommer Reinbeck, im Winter Kirchner.

Gymnasial-Untertertia. Ordinarius: Gymnasiallehrer Dr. Tröbst.

